MASTER NEGATIVE NO. 92-80523-19

AUTHOR:

LAUER, GUILELMUS

TITLE:

LUCIANUS NUM AUCTOR DIALOGI ...

PLACE:

BONN

DATE:

1899

Master Negative #

92-80523-19

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books       FUL/BIB   NYCG92-B13678            Acquisitions     NYCG-AE
Record 1 of 0 - Record added today
+
  ID:NYCG92-B13678              RTYP:a    ST:p    FRN:   MS:   EL:        AD:02-27-92
  CC:9668  BLT:am      DCF:?    CSC:?    MOD:     SNR:       ATC:        UD:02-27-92
  CP:qw      L:lat     INT:?    GPC:?    BIO:?    FIC:?      CON:???
  PC:s      PD:1899/            REP:?    CPI:?    FSI:?      ILC:????   II:?
  MMD:      OR:     POL:     DM:     RR:          COL:       EML:       GEN:   BSE:
  040      NNC‡cNNC
  100 1    Lauer, Guilelmus.
  245 10   Lucianus num auctor dialogi Erotes Existimandus Sit‡h[microform].‡cscr
         ipsit Guilelmus Lauer.
  260      Bonn.‡bUniversitats-Buchdruckerei von Carl Georgi,‡c1899.
  LDG      ORIG
  QD       02-27-92
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm　　REDUCTION RATIO: 14X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4-2-92　　INITIALS SA

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

LUCIANUS NUM AUCTOR DIALOGI ΕΡΩΤΕΣ EXISTIMANDUS SIT.

SCRIPSIT

GUILELMUS LAUER.

BEILAGE ZUM PROGRAMM
DES KÖNIGLICHEN FRIEDRICH-WILHELMS-GYMNASIUMS
ZU KÖLN.
1899.

1899. Nr. 473.

L. abiudicaverint, tamen non defuerunt, qui illud iudicium improbarent. Guyetus[1]) quidem certum iudicium ferre noluit; Jacob[3]) autem, cum antea in prolegomenis ad Toxarim[2]) de auctore libri Amorum, qui sub nomine L. circumferretur, qui auctor alius esset ac L., verba fecisset, ea sententia mutata postea librum genuinum esse sibi persuasit. Cui assentitur C. F. Hermann[4]) in recensione libri illius Jacobi, cum et ipse libellum a L. scriptum esse dicat; scripsisse autem L. adulescentem etiamtum Asiano genere scribendi tumido atque inflato utentem. Post Hermannum Wetzlar[5]) in dissertatione accurate et subtiliter composita Amores iuvenile L. opus esse, quod, cum in Italia versaretur, composuisset, demonstrare et argumentis confirmare studuit. Quod iudicium Preller in Paulyi encyclopaedia[6]) amplexus est. Postremus W. Schmid, cum in "Atticismo"[7]) propter genus dicendi poëticum Amores suspectos esse iudicasset, sententia mutata genuinos esse disputavit[8]), propterea quod Lycinus etiam in libro Imaginum admirator pulchritudinis adulescentium diceretur, et in Am. idem de adulescentis impuro in simulacrum Veneris Cnidiae amore fusius narraretur, quod in Imag. leviter stringeretur. Scriptos esse Am. paullo post annum a. Chr. 155 compluribus annis ante Imagines. Itaque quamquam eorum numerus, qui libellum spurium esse iudicant, multo maior est, quam defensorum, tamen, cum inter hos inveniantur homines docti summa et rerum antiquarum et sermonis graeci doctrina instructi, rem satis exploratam esse arbitrari non licet, praesertim cum ter factum sit, ut vv. dd. in L. scriptis multum ac diu versati sententiam mutarent et ita mutarent, ut inter se prorsus dissentirent, Jacob et Schmid dubitatione missa verum esse L. librum postea persuasum haberent, Sommerbrodt contra, cum usque eo de libello nihil dubitasset, postea ceterorum dubitationes ipse sequeretur[9]).

Quamobrem mihi proposui de integro in rem, cum quaestio inchoata, non absoluta esse videatur, ita inquirere, ut et universam dialogi formam et genus scribendi diligentius perpendam et cum L. et ratione dialogos componendi et genere scribendi comparem. Nam ex argumento libelli ipso metuo ne parum certo, utrum L. sit necne, diiudicari possit, cum vel de ea re vv. dd. dubitare videam, quid tandem auctor in libro componendo sibi voluerit. Belinus enim existimavit[10]) L., vel quisquis auctor huius libelli fuerit, honestum sibi proposuisse finem, ut impugnaret turpissimum illud *παιδεραστίας* vitium, Lehmannus contra eum disputans eam pestem neque serio directeve neque per ambages vel ironice in libello impugnari dicit; non naturali amori sed potius libidini illi cum natura vel maxime pugnanti victoriam adiudicari neque usquam per totam *παιδεραστίας* laudationem in ullum incidere legentes talis ingenii vel tantum coloris vestigium; immo vero demonstrari hanc sententiam: conubium hominis esse, ut bestiae, altioris vero spiritus naturam decere puerorum amores luculenter ex epimetro Theomnesti patere. Quamquam, quae v. d. contra Belinum disputat, improbanda non esse videntur, tamen ne ipse quidem verum auctoris consilium assecutus esse videtur, id quod infra, ubi de partibus Lycini agam, declaraturum me esse spero. Praeterea difficillimum esse puto eruere, quae L. ipsius de rebus

1) Ed. Bip. V p. 552 ("*ἐπέχω*" tamen). 2) Charakteristik Lucians, Hamburg 1832; p. 30. cf. p. 189—91. 3) Toxaris ed. Jacob 1825; prolegomena p. VIII. 4) Zur Charakteristik Lucians und seiner Schriften in: Gesammelte Abhandlungen u. Beiträge zur klass. Litteratur u. Altertumskunde. Göttingen 1849, p. 204—5. 5) Diss. in. "de aetate vita scriptisque Luciani", Marburgi 1834. 6) Realencyclopädie des klass. Altertums IV p. 1165 et 1168. 7) Schmid I p. 225. 8) Philologus 50: "Bemerkungen über Lucians Leben und Schriften", p. 202—3. 9) Ed. Luc. II, 2, p. 167. 10) Lehmann praef. ad Am.; verba Lehmanni sunt.

in Am. tractatis sententia fuerit. Fusius quidem disputat Iacob[1]) contra eos, qui L. animum fuisse nimis libidinosum ex libris eius efficere voluerint: quamvis multa, quae a moribus castis atque integris abhorreant, passim in dialogis deorum, marinis, meretriciis legentibus occurrant, scriptorem, cum nihil nisi id egerit, ut eos eluderet, qui deos sibi finxissent omnibus vitiis erroribusque humanis obnoxios, ipsum nullo loco coargui posse animi, qui rebus vitiosis delectetur. Nihil eum illis dialogis sibi proposuisse nisi ut ridendo verum diceret et vitia, qualia vere fuissent, cum multa irrisione legentibus ostenderet. Quae licet vera sint, et vere Iacobum, qua erat subtilitate iudicii, L. ingenium ac mores bene perspexisse putandum est, tamen inde minime efficias L. aut ut Callicratidam mulierum amores improbavisse aut ut Theomnestum negasse, fieri posse, ut ulla viris cum adulescentibus puerisve consuetudo honesta sit. Nonne autem opinari licet auctorem eius libelli perversitatem et errorem eorum, qui, ut Callicratidas, philosophicum se et caelestem amorem unum sectari dicerent, cum cupiditati atque libidini impurae obnoxii essent, castigare voluisse?

Neque magis ex eo, quod singulis quibusdam rebus Am. cum aliis L. scriptis genuinis congruunt, L. auctorem libelli esse colligas. Dico, quod ab auctore Am. similiter atque a L. Socratis cum Alcibiade consuetudo ut inhonesta eluditur[2]). De qua consuetudine L. in Vitarum auctione[3]) ita Socratem ipsum se illudentem facit: *Παιδεραστής εἰμι καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά.... καὶ γὰρ οὐ σωμάτων ἐραστής εἰμι, τὴν ψυχὴν δὲ ἡγοῦμαι καλήν. Ἀμέλει κἂν ὑπὸ ταὐτὸν ἱμάτιόν μοι κατακέωνται, ἀκούσει αὐτῶν μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ παθεῖν.* Quae Socratem cum sui irrisione dixisse ex eo apparet, quod, cum is, qui philosophi animam empturus est, de veritate verborum dubitet, Socrates his verbis, in quibus non minor ironia deprehenditur, ea confirmat: *καὶ μὴν ὀμνύω γέ σοι τὸν κύνα καὶ τὴν πλάτανον οὕτω ταῦτα ἔχειν*, et postremo illi, quid ei de pueris forma iuvenili florentibus videatur, percontanti respondet: *καὶ οὗτοι ἔσονται τοῖς ἀρίστοις ἆθλον φιλῆσαι λαμπρόν τι καὶ νεανικὸν ἐργασαμένοις.* Cum hoc loco illa Socratis in Ver. hist.[4]) irrisio consentit. Ubi L. narrat, cum in Elysio in Hyacinthum, Narcissum, Hylam *καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ καλοὺς* incidisset, quibuscum ceteri omnes *ἀναφανδὸν πάντων ὁρώντων* consuetudinem haberent, Socratem iuravisse *ἦ μὴν καθαρῶς πλησιάζειν τοῖς νέοις*, omnes autem periurii eum insimulavisse. In convivio[5]) Ion commendat *πειθομένους Πλάτωνι καὶ Σωκράτει παιδεραστεῖν.* Idem efficitur ex Dial. Mort.[6]). Itaque quamquam summum illum virum L. ab aliis rebus, quae vitio ei datae erant, velut ab impietate in deos[7]) vel timiditate[8]) vindicat et, quod iniuste condemnatus sit, miseratur[9]), etiam merita eius in philosophiam agnoscit[10]), amori illi inhonesto deditum eum fuisse persuasum habet. Sed ea in re ut L. ita auctor Am. vulgarem posteriorum temporum opinionem sequitur[11]), pariter atque in iis, quae L. de Iovis cum Ganymede familiaritate ludit[12]), de quo item Am. cum L. consentiunt. Idem de eo iudicandum est, quod Achillis cum Patroclo et Orestae cum Pylade familiaritates a Theomnesto in Am. detrectatas atque obtritas videmus, quamquam L., quibus locis earum mentionem facit, ut verae atque integrae amicitiae exemplaria laudat[13]).

Neque vero ideo, quod in Am. spurcissima quaedam atque obscenissima, maxime in

1) p. 169 sequ. 2) Am. c. 24 et 54. 3) c. 15. 4) c. 17. 5) c. 39. 6) 20 c. 5. 7) Calumn. non tem. cred. c. 29. 8) Ver. hist. II, 23. 9) Demonax c. 62. 10) Somn. c. 12. 11) Bekker-Hermann, Charicles (ed. II) II p. 225. 12) Dial. Deor. 4 et 5, c. 3. 13) Tox. c. 1—8; de domo 23; Tox. c. 10. Ludi gratia adiungo in Parasito, opusculo subditicio, id quod nuper Bieler evicit, Patroclum Achillis parasitum esse.

oratione Theomnesti, inveniuntur, quae singula enumerare merito piget, liber spurius habendus est. Nam L. talibus rebus aut verbis non carere, immo quaedam scripta genuina iis scatere, quicunque vel mediocriter in eius libris versatus est, facile concedet. Quamquam apud L. etiam, quae obscena sunt, salibus ita condita esse solent, ut minus offendantur legentes. Tales autem sales facetiasque Am. parum resipiunt. Difficillimum esse puto in hoc genere constituere, quid sano scriptoris iudicio accommodatum esse, quid repugnare videatur, praesertim eius scriptoris, qui tot libros de rebus diversissimis per longam seriem annorum in diversissimis orbis partibus composuerit, ut, quodcunque iudicium hoc fundamento nixus feras, metuam, ne in eo nimis privato tuo arbitrio obnoxius sis.

Sed etiamsi nec causa ipsa, quae in Am. agitur, neque singulae quaedam res, quibus Am. cum L. congruunt, idoneae esse videantur, quibus quaestio proposita diiudicetur, tamen ex ea ratione, quam auctor in argumento tractando colloquioque instituendo inierit, imprimis ex partibus Lycini, aliquid efficere posse mihi videor. Quod ut comprobetur, paucis de iis L. dialogis agendum est, in quibus Lycinus unus ex colloquentibus est.

Richard dissertatione supra laudata eos dialogos, in quibus Lycinus L. ipsius partes agat, omnes iisdem fere annis assignandos esse demonstravit, annis p. C. 160 et sequentibus usque ad annum 166, Hermotimum[1]), Convivium[2]), Navigium[3]), Eunuchum[4]), Diss. cum Hesiodo[5]), Imagines[6]), pro Imaginibus[7]), Lexiphanem[8]). Soloecistae[9]) quidem compositionis annum certum constituere dubitat, verisimile autem esse etiam Sol. mediae aetati L. attribuendum esse, iisdem fere annis quibus ceteros. Cynicum et librum de Saltatione omitto, quod pro spuriis habendi sunt. Merito autem v. d. primos esse illos ex libris satiricis L. ex loco Bis accusati[10]) ad tempora vitae L. distinguenda plus semel citato colligit, quo Syrus, i. e. L., certis verbis dicit se circiter annum aetatis quadragesimum, i. e. anno a. Chr. fere 160, ad dialogos scribendos se contulisse. Itaque Amores, quoniam in iis Lycinus partes sustinet, si Luciani sint, iisdem annis, quibus cetera Lycini colloquia, assignandi sint, scripti igitur non sint ante a. 160. Eorum igitur opinio, qui iuvenile opus L. esse volunt, vereor ne inanis sit[11]).

Iam vero illorum sex vel[12]) septem dialogorum, in quibus Lycinus primarias partes agit, argumentandi ratio omnium una eademque fere est. Sub Lycini persona L. ipsum latere a nullo adhuc negatum est; quo nomine L. usum esse Rich.[13]) recte existimat, quod et ea exprimere vellet, quae ipse animo sentiret vel ipse in vita vidisset, et id ita facere studeret, ut tamen liberum haberet singulis locis ita sibi indulgere, ut non unum quodque verbum, quo iocans usus esset, praestare deberet ut ab ipso profectum. Seria iocis variantem L. arbitrio

1) libro laud. p. 21. 2) p. 25. 3) p. 28. 4) p. 30. 5) p. 32; fortasse hic liber paucis annis post ceteros, certe ante a. 175 scriptus est. 6) p. 41. 7) p. 44. 8) p. 48. 9) p. 50. 10) c. 32. 11) Quae Schmid (Philol. 50 p. 306 sequ.) contra Richardum disputavit, iis illum erravisse parum comprobavisse mihi videtur. Ut plura hoc loco omittam, nec L. viginti quinque fere annorum spatium Lycini dialogis scribendis insumpsisse neque Hermotimum, librum admodum vivide atque alacriter scriptum, a L. sene compositum esse neque Amores atque Nigrinum, quorum librorum alterum lascivissimum, alterum gravissimum est, ut de scribendi genere discrepantiis hic nihil dicam, ab eodem et auctore et anno (155 vel paullo post secundum Schmidium) originem trahere persuadere mihi possum. Hermann, qui existimavit dialogos, qui illo loco Bis acc. dicantur, nullos esse nisi comicos, sc. deorum, marinos, mortuorum, meretricios, id quod ex sententiarum conexu prodeat, subtilius quam verius disputaverit; diversa enim genera dialogorum illo loco distinguuntur nulla; Wetzlar (p. 18) eum secutus est. 12) Soloecistam Fritzsche reiecit, neque tamen argumentis rem probavit. 13) p. 11.

legentium permittere, quid pro vera scriptoris sententia habere, quid ut ironice dictum in contrarium intellegere malint. Colloquntur igitur in singulis illis dialogis usque bini, quorum alter est Lycinus, alter amicus certae cuidam stultitiae obnoxius, quem Lyc. erroris convincere studet. Ne longus sim, si hoc ita per omnes illos dialogos fieri demonstrare velim, de uno Hermotimo paucis id comprobare satis habeo. Atque in eo libro Hermotimus, a cuius nomine titulum accepit, summa cum assiduitate, continentia, dolorum laborumque contemptione Stoicorum illam virtutem omnibus numeris perfectam diu sectatus est. Quem Lyc. sermone instituto, in quo et summa alacritas et hilaritas inest neque facetiis aut irrisioni ille parcit, quamquam interdum graviter agere non veretur, edocet, quam multis erroribus in studiis sapientiae obnoxius fuerit; itaque ei persuadet frustra tantum operae, tantum pecuniae rei inani insumptum esse, ut postremo quasi crapulam edormivisse sibi videatur. Ita Lyc., quod sibi proposuit, ut evinceret omnes philosophos tamquam de umbra asini certare neque virtutem singularis cuiusdam philosophorum sectae praeceptis contineri, sed in sapienter et fortiter agendo positam esse, bene ad finem perducit. Simile Lycini consilium in ceteris dialogis apparet, atque simili ratione propositum Lycinus peragit et assequitur, ut is, quocum colloquium habet, postremo perversitatis suae coarguatur.

Iam explorandum esse videtur, num certum consilium in Am. quoque Lycinus similiter sequatur, ut perversitatem aliquam humanam illudat, et similes partes simili ratione atque in ceteris Lycini dialogis peragat. Atque primum quidem breviter argumentum libelli perlustremus. Lycinus Theomnestum amicum, ut a seriis negotiis reficiatur, plura de amoribus suis narrare iubet; qua re festum Herculis diem aptissime celebrari. Ille gravatur; potius ipsum ut utriusque generis amorum expertem[2]) diiudicare oportere, uter amor, puerorum an mulierum, praeferendus sit. Lycinus autem, ne controversiam seriam paucis disceptet, de colloquio narrat, quod nuper coram ipso duo amici de eadem re habuerint. Iter facientem se ad insulam Rhodum appulisse; ubi sibi occurrisse amicos Chariclem Corinthium et Callicratidam Atheniensem, illum mulierum, hunc puerorum amatorem, et ipsi se adiunxisse. Deinde cum ad Cnidum appulissent, ut templum Veneris nobilissimum atque simulacrum deae a Praxitele summo opere perfectum spectarent, spectantibus aedituam de adulescentis cuiusdam insano incestoque illius signi amore atque infelici exitu narrasse. Unde certamine inter illos orto, uter amor pluris habendus esset, se suasisse, ut ipso arbitro usi per compotationem loco amoeno alter post alterum, quae sibi viderentur, fusius disputarent. Priorem igitur Chariclem pro mulierum amore ut ad rerum naturam accommodato magna cum contentione dixisse,

1) Dubitat fortasse quispiam in hoc genere de Imaginibus. Eas tamen velim existimare quasi prooemium esse libri "de Imaginibus", quocum arte cohaerent, ut ipsas per se spectare atque considerare non liceat. In libro autem "de Imag." Lyc. id agit, ut opprobrium indignae assentationis ex libro Imaginum conflatum diluat. Ex vituperatoribus autem cum Polystratus, quocum colloquitur, ipse sit, quippe qui Pantheae querelas suas fecerit (c. 12), operam dat, ut hunc perversae opinionis coarguat. Quod assecutum esse Lycinum extrema pars colloquii docet; Polystratus enim, etsi non certis verbis se errasse confitetur, tamen, cum paratum se esse dicat, quae audierit, ad Pantheam deferre, dubium non est, quin haud mediocriter commotus sit. Etiam per totum hunc librum virtutem illam summam stili Lucianei, lepores, facetias, irrisiones, dispersam esse verbo monere satis habeo. 2) Quod Lyc. hic utriusque generis amorum expers (Am. c. 4) dicitur, non convenit cum Imag. c. 1, ubi Polystratus Lycinum adulescentium amatorem esse praedicat. Itaque, quod Schmid (Philologus 50 p. 303) ex eo effecit, vel ideo inane esse videtur.

posteriorem Callicratidam contra ea et pro amore puerorum uberius disputasse: videri hunc tamquam altiorem hominum vitae gradum, ad quem ex necessitate principali et nativa ascendissent. Esse autem cum amorem caelestem a deo ipso animis sapientium inspiratum, et procul abesse a tali consuetudine omnia inhonesta. Postquam perorassent, sese disceptare iussum, uter superior discessisset, palmam Callicratidae dedisse. Iam Lyc. Theomnestum adhortatur, ut edat, quam ipse, si arbiter fuisset, sententiam laturus fuerit. Hic igitur sibi persuaderi posse negat puerorum amores vere positos esse in honestate; nullos amatores corporis libidinibus carere, quibus ipsum quoque obnoxium esse impudentissime fatetur. Lyc. autem ad haec fere nihil; tertiae orationis, qua amici sententia defendatur, se pigere; abrumpendum potius esse sermonem et in forum prodeundum, ubi iam in eo sit, ut deo rogus accendatur.

Ut iam examinemus, quod consilium Lycini esse quasque partes is agere videatur, ex eo, quod Pol. initio amicum edere iubet, uter amor superior sit, merito efficias, illud unum hoc libro agi, ut ea res diiudicetur. Diiudicata quoque eo esse videtur, quod Lyc. Callicratidae victoriae palmam dedit. Iam vero cum extrema parte libelli Theomnestus honestam *παιδεραστίαν* irrideat, Lyc. autem, quae ille profert, si non probet at certe non improbet, rursus ea causa integra atque dubia relinquitur. Omnino videtur ineunte dialogo causa non esse eadem quae exeunte; nam cum ab initio id agatur, ut inter mulierum et puerorum amores disceptetur, extrema parte inter caelestem philosophorum amorem puerorum et inter inhonestum impudicumque vulgarium causa agitur. Talem autem obscuritatem causae, quae agitur, in nullo ceterorum Lycini dialogorum deprehendimus. Praeterea in ceteris dialogis Lycinum certo consilio utique et id agentem, ut certam quandam alterius, i. e. vulgi perversitatem subtiliter eludendo insectetur, et eo rem deducentem videmus, ut alter ipse erroris convincatur. Lyc. igitur vere moderator et princeps colloquii esse solet, Lycini ipsius sententia sibi constat et superior discedit. At in Am. tales Lycini partes non sunt. Nam non modo colloquentium sermones non moderatur, sed quodammodo eorum auctoritates ipse sequitur et minime sibi displicet post Callicratidam Theomnestum illum petulanter irridentem patienter exaudiens. Neque ullo denique loco more platonico, quem verus ille Lyc. per ceteros dialogos sequitur, hunc vel illum ex colloquentibus callide interrogando in captiones inducit, difficultatibus impedit, astute labefactat, ita ut sensim illi ipsi perverse se sensisse sibi persuadeant atque Lycini ipsius sententia superior discedat. Tales cavillationes, facetias, sui interdum irrisiones festivissimas quis tandem in Am. repperit?

Attamen hanc Am. a ceteris Lycini colloquiis discrepantiam, quae et argumentandi et partium Lycini ratione continetur, sufficere, ut L. non esse libellum pro certo habeamus, nego. Accedat oportet, ut sermo ipse accuratius exploretur. A scribendi enim genere si non unice at maximam certe partem argumenta esse petenda in eiusmodi quaestionibus instituendis Bielerus, si quisquam, graviter docuit et tribus dissertationibus proximis annis editis hanc viam ita ingressus est, ut tres libros Parasitum[1]), Cynicum[2]), de Saltatione[3]) spurios esse comprobaret. Sermonis proprietatem in libris dubiis diligentius examinandam esse monet, quam

[1]) Über die Echtheit des Lucianischen Dialogs de parasito, Hildesheim 1890. [2]) Über die Echtheit des l. D. Cynicus, Hildesheim 1891. [3]) Über die Echtheit der luc. Schrift de Saltatione, Halle 1894. (Progr. v. Wilhelmshafen).

adhuc factum sit. Qua in re magis esse urgendum, quibus rebus quisque liber a L. usu dicendi abhorreat, quam quibus cum L. congruat, quia, quam late imitatio consulto facta pateat, plerumque difficillimum sit ad disceptandum[1]). Idem nuper senserunt A. Ioost[2]) et O. Schmidt[3]). Itaque ut id iam instituam, primo loco de rebus ad grammaticam pertinentibus[4]), altero de delectu verborum agam, postremo quasdam de ornatu orationis observationes addam.

A. De rebus grammaticis.

I. De etymologia.

a) De declinatione nominum.

Quibusdam rebus Am. cum L. congruunt, velut plur. *δεσμά* (Am. c. 46. cf. Chabert p. 104 et Schmid, Attic. I p. 226) et eo, quod *νεώς* et formas atticas (c. 17. 13. 53. 11) et vulgares *ναῷ* (c. 15) et *ναούς* (c. 38) habet; genetivus nominis *ἄστυ ἄστεος* et Navig. c. 3 et Am. c. 6, dativus *Πνυκί* Am. 29 et Anach. 17, *Πνύκα* Bis. acc. 9 et Iup. trag. 11 invenitur; praeter formas contractas *θατέρου, θατέρῳ* (c. 47) non contractae in Am. exstant, ut L. passim utrasque habet. Aliis autem formis Am. a L. dissident: Adj. *ἵλεως* acc. *ἵλεω* (c. 6)[5]) habet, cum apud L. *ἵλεων* invenias (de merc. cond. 14 et Alex. 25). A *πλέως* nom. plur. *πλέοι* (Am. 9) legitur; pro qua forma quamquam Cobet *πλέῳ* scribere mavult, tamen editores codices secuntur; c. 42 nom. plur. fem. *ὑπέρπλεῳ* est iota non subscripto. L. *ὀστέον* utique contrahit, Am. (c. 46 *ὀστέοις, ὀστέα*) non contrahunt. Subst. *ὄρνις* nom. plur. in Am. (c. 22) *ὄρνεις* exstat, apud L. (Epist. Sat. 35) *ὄρνις ἄπτεροι* et acc. plur. *τὰς ὄρνις*, cum L. plerumque *τὰ ὄρνεα* usurpet[6]). Bis in Am. forma *χροιά* (c. 40 et 41) exstat, L. *χρόα* habet, uno loco (Dial. Mort. 18, 2) excepto, ubi *χροιά* legitur[7]). *Λίθος* apud L. masc. esse solet praeter locos duos (Hipp. 5 et Imag. 1), in Am. (c. 13, 15, 41) ter femin., bis tantum masc. (c. 17 *τῷ λίθῳ* 41 *λίθους Ἐρυθραίους*).

Addo, quae de adiectivis observavi; de quibus Wilhelm[8]) accurate egit. De adj. compositis Am. cum L. utique congruunt, plerumque de simplicibus quoque, velut quod adj. in *-πλάσιος* desinentia triformia sunt (Am. c. 27), *νύκτερος* (c. 39), *ἕωλος* (c. 53), *βάσκανος* (c. 46), *λάλος* (c. 46) communia, *ἴδιος* (c. 34) trif., *ἀναγκαῖος* (c. 33) trif., in *-ιμος* desinentia (Am. c. 49) comm.[9]) Adj. in *-ειος* a nominibus propriis derivata utrum comm. an trif. apud L. sint, parum ex Wilhelmi libello perspicitur, cum, quos locos laudat, ii praeter unum (de hist. conscr. 26) aut in Am. aut de Salt. (c. 46) exstent. In Am. certe talia adj. comm. sunt[10]): *Ἱππολύτειος* (c. 2), *Περίκλειος* (c. 29), *Πυθαγόρειος* (c. 30), *Μενάνδρειος* (c. 42), *Ταντάλειος* (c. 53). Abhorrentia haec notavi: *χειμέριος* in Am. (c. 46) comm., apud L. (Bacch. 7) trif., *Φρύγιος* in Am. (c. 42) trif., apud L. (Harmonid. 1) comm., qui omnino adj. in *-ιος* a nom. propriis derivatis comm. utitur[11]);

[1]) De paras. p. 3, cf. adnot. 3; de Cyn. p. 9, cf. adn. 2. [2]) Betrachtungen über den Partikelgebrauch L. in "Festschrift für Ludwig Friedländer 1895" p. 165. [3]) Metapher p. 5. [4]) Per totum hunc locum usus sum dissertatione v. d. Du Mesnil, De grammatica ratione L., Stolp 1867. [5]) Iacobitz sane ut corruptum asterisco notat. [6]) Chabert p. 105. [7]) Formam *χροιήν*, quae est de dea Syr. 8, neglego ut ionicam, praeterquam quod is liber valde suspectus est. [8]) Der Sprachgebrauch des L. hinsichtlich der sogen. Adj. dreier End. auf *-ος*. Coburg 1892. [9]) *ἐτήσιος* (c. 4) et *λάθριος* (c. 53), quae biformia sunt, apud L. non exstant. [10]) Pro *Πυθαγόρειος* L. *Πυθαγορικός* dicere solet. [11]) Wilhelm p. 38.

etiam *Σιδώνιος* (c. 26) trif. est. Denique *γυναικεῖος*[1]), quod apud L. trif. esse solet, bis in Am. (c. 27 et 35) bif. invenitur. — Ex comparatione adj. huc trahendum videtur, quod neque comparativi *περιεργότερον*[2]) (c. 27) aut *παιδικώτερον*[3]) (c. 27) apud L. inveniuntur neque superlativus *γνησιώτατος* (c. 19), et cum L. comparativorum in *-ων* formis contractis constanter utatur[4]), in Am. (c. 4) *ἀμείνονας* exstat.

b) De verborum coniugatione.

Etiam hic quibusdam rebus auctor Am. cum L. consentit. Optativi I aor. act.[5]) apud L. flectuntur 2. sing. in *-ειας*, 3. sing. in *-ειε*, 3. plur. in *-ειαν*, rarissime in *-αις*, *-αι*, *-αιεν*. Am. flectunt in *-ειας* (c. 2), *-ειε* (c. 43 et 46)[6]). Quamquam non est praetermittendum (c. 46) etiam *ἀγαπῆσαι* exstare. Uterque auctor 3. plur. imper. praes. act. in *-έτωσαν*[7]) (Am. c. 28 bis et 54; c. 38 *ἔστωσαν*), pass. in *-σθωσαν* (Am. c. 28) flectit[8]). Verba in *-ίζω* fut. att., quod vocatur, in Am. habere solent (c. 3 *νομιεῖς*, 18 *ἀγωνιούμενοι*, 47 *κομιοῦνται*), semel fut. vulgare (c. 39 *νομίσει*). Qua in re L. sibi non constat[9]). Verbi *εἰμί* 2. sing. imperf. apud L. esse solet *ἦσθα*, bis *ἦς* (*παρῆς*, *συνῆς*) invenitur[10]), in Am. et *ἦς* (c. 3) et *ἦσθα* (c. 53) exstat. *Ἵημι* apud utrumque Aor. med. *ἡκάμην* habet (Am. c. 50 *προσηκάμην* et 48 *προσήκατο*)[11]). In aliis tamen verborum formis Am. a L. dissentiunt. Am. c. 14 *ἀνοιγείσης* exstat, cum forma aor. apud L. (Tim. 22) *ἀνεῴχθην* sit[12]). Plusquamperf. verbi *λαγχάνω* apud L. *εἰλήχειν* est, Am. (c. 18) *ἐλελόγχει* habent, quam formam L. ipse in Solocc. (c. 4 et 7) improbat. Denique verbi *πειρᾶσθαι*[13]) formas activas L. nisi vi obscena non usurpat, velut Dial. D. 6, 1. In Am. duo sunt loci, quibus *πειρᾶν* hac vi carere videtur (c. 26 *τοῖς πεπειρακόσιν*[14]) *ὑμῖν* et c. 36 *πειρᾶσαι*[15]), quamquam alio loco *ἀποπειρῴη* (c. 26) obscene intellegendum est.

II. De syntaxi.

a) De articulo et pronomine.

L., quantum observavi, eadem ratione atque Attici articulo utitur. Nomina propria gentium, terrarum, dierum festorum plerumque cum art. iunguntur. In Am. haec nomina terrarum art. carent: c. 6 *ἐπ' Ἰταλίαν*, *Ἰονίῳ κόλπῳ*, c. 40 *ὅλην Ἀραβίαν*, c. 11 *Κνίδῳ*, c. 40 *Φωκίς*; haec art. habent: c. 7 *τῆς Κιλικίας*, *τοῦ Παμφυλίου κόλπου*, *τῆς παλαιᾶς Ἑλλάδος*, c. 10 *ἐς τὴν Ἰταλίαν*, c. 47 *τῆς Ἑλλάδος*, c. 11 *τὴν Κνίδον*; nomina et gentium (c. 6 *Λιβυρνοί*, c. 29 *Μακεδόσιν*, c. 30 *Σπαρτιάταις*, *Λεσβίων*, c. 52 *Πέρσας*, c. 47 *Σκυθῶν*, c. 54 *Ἕλλησι*) et dierum festorum (c. 1 *Ἡράκλεια*, c. 10 *ἐν Θεσμοφορίοις*) art. carent, cum L. diebus festis art. adiungere soleat. Nomina propria scholarum philosophorum, quae apud L. passim aut art. habent aut eo carent,

---

1) Wilh. p. 40. Qua in re auctor Am. Platonem secutus esse videtur, cum omnes prosaici eo adj. triformi utantur. 2) Compar. exstat Herodian 5, 3, 8 et Achill. Tat. 2, 3, 1, 2. 3) Nusquam is comp. exstat. 4) Dindorf adnot. crit. ed. Luc. 1858 II p. XVII. Chabert p. 106. 5) Bieler de paras. p. 8—9. 6) Locus tragici cuiusdam c. 37 hic omittendus est. 7) Schmid I, p. 229; Chabert p. 109. 8) cf. Rhet. praec. 6: *περιπλεκέσθωσαν*. 9) Chabert p. 113. 10) Schmid I p. 231. 11) Pro *παρήκατε* (c. 50) scribendum videtur *παρείκατε*. 12) Cobet quidem in Am. *ἀνοιχθείσης* scribere mavult, quod alterum barbarum sit; omnes tamen codd. *ἀνοιγείσης* habent. 13) Schmid I p. 232. 14) Gesner *πεπειρακόσι* vertit: "qui experti estis", *ἀποπειρῴη*: "si quis aggrediatur". L. *πεπειραμένος* (Hermot. 46 et Prom. 6) habet. 15) Quod Cobet hoc loco *πειράσαι* scribere suadet a *πειράζω* derivatum, *πειράζω* nisi semel in libello suspecto (Tragod. 149) apud L. non invenitur.

in Am. sine art. leguntur (c. 31 *Ἀκαδημίας*, *Λυκείου*). Pronomen *ἕκαστος*, quod apud L. modo art. habet, modo non habet, in Am. art. caret (c. 8 *γραφήν*, c. 13 *μέλεσιν*, c. 36 *ζῴῳ*); *ἀμφότερος* (c. 19 *γένει*) art. caret; *ἕτερος* "alter ex duobus" art. caret (c. 19 *τὴν ἑτέρου φθοράν*, c. 4 *εἰς ἕτερον τοῦ πάθους*); etiam apud *ἄκρος* et *ἔσχατος* praedicative posita art. desideratur (c. 32 *μύχους*, c. 42 *δακτύλοις*, cum L. Dial. Mer. 6, 3 *ἄκροις τοῖς δακτύλοις* dicat, c. 53 *ἡδονῆς*, *δακτύλων*) Substantiva notantia aut partes corporum humanorum (c. 3 *ὀδούς*, c. 12 *πολιά*, c. 14 *μηροῦ καὶ κνήμης*, c. 27 *γαστρί*, c. 36 *φωνῇ*, c. 53 *μαστούς*, *γαστρός*, *μηρῶν*) aut res, quae in rerum natura sunt omninove sensibus subiectae sunt (c. 2 *θαλάττης κύματα*, *πυκνὰς ἀπ' οὐρανοῦ νιφάδας*, c. 6 *ἐπὶ θάλατταν*, c. 8 et 49 *γῆν*, c. 9 *ἐπὶ ξένης*, c. 18 *κατὰ κορυφήν*, c. 32 *ὅλον κόσμον*, c. 33 et 36 *ζῷα*, c. 46 *θαλάττης*, c. 49 *αἰθήρ*, c. 11 *στοᾶς*, c. 28 *γυναιξίν*, c. 34 *τοίχων*, c. 50 *ναῦν*, c. 53 *κόλπου*) aut res a corpore seiunctas, aetates praecipue vel tempora (c. 12 et 27 *χρόνου*, c. 20 *νεότητι*, *ἡλικίας*, c. 33 *σπόρου*, c. 34 *ἀμορφίαν*, c. 37 *ἡλικίας*, c. 45 *ἑσπέρα*, c. 46 *βίος*, c. 53 *ἥβης*, c. 52 *μέρει*) in Am. art. carere solent. Quater in substantivis cum attributo iunctis mirum in modum art. inter subst. et attr. interiectus est: c. 29 *καιρὸς ὁ νῦν*, c. 3 *ὀδοὺς ὁ τοῦ πόθου*, c. 19 *χρόνος ὁ τοῦ ζῆν*, c. 6 *ῥοθίῳ τῷ τῶν ἐλατήρων*. Itaque Am. proprium esse videtur art. nonnumquam non ponere, ubi Attici et L. ponunt.

b) De nominibus.

1. De usu dualis et adiectivorum.

A L. dualis usurpandi ratione, quam Hasse[1]) exploravit, Am. non recedunt, nisi forte uno loco (c. 50 *ἄμφω νενικηκότες βαδίζοιτε*) pro plur. participii dualem L. positurus fuisse videtur. Qui tamen *ἄμφω* (Dial. D. 26, 1) cum plurali verbi iungit. Neque recedunt Am. in usurpando sing. neutr. adj. vel partic. pro substantivis quae dicunt abstractis, de qua re Sommerbrodt[2]) egit. Inveniuntur haec exempla: c. 3 *τὸ βασανίζον*, c. 7 *τὸ συνεχές*, c. 8 *τῷ τέρποντι*, c. 23 *τὸ εὔμορφον*. Quaedam subst. loco adiectivorum usurpata in Am. leguntur. Ex quibus de *γείτων* (c. 20 et 47), *γέρων*[3]) (c. 12), *φιλόσοφος* (c. 33 et 45) Am. cum L. faciunt, sed nec *στρατιώτης* (c. 3 *βίον*) nec *δεσμώτης* (c. 41 *μαζούς*) a L. pro adj. usurpantur; pro *στρατιώτης* is adj. *στρατιωτικός* (Histor. c. 37) habet, et *δεσμώτης* (Toxar. 33) substantivum est.

2. De usu genetivi.

Compluribus locis Am. genetivi qualitatis ita usurpati inveniuntur, ut a consuetudine cum Atticorum tum L.[1]) abhorrere videantur: c. 5 *παιδιᾶς ἡγῇ τὴν διήγησιν*, c. 15 *νεανίαν ἀσήμου γένους* et *ἱστορίαν ἀπίστου λόγου*, c. 48 *χρησμὸν ἀληθείας ὁ Πύθιος ἐθέσπισεν*; quo loco cave *ἀληθείας* gen. subj. esse et Veritatis deae personam significare credas, cui interpretationi repugnat, quod Pythius is est, qui vaticinatur. C. 33 (*γάμοι διαδοχῆς ἀναγκαίας εὕρηνται φάρμακα*)[5]) *διαδο-*

---

1) "Über den Dualis bei L." in Fleckeisen Jahrb. 1893 p. 681. 2) Adn. ad Somn. c. 8 (ed. schol. I, p. 7) et ad Tim. c. 1 (p. 47); cf. Schmid I p. 233. 3) Tamen L. Lexiph. 6 *γέρων οἶνος* ut insolitum vituperat. 4) Loco L. Gall. 27 (*μακρὸν τοῦτον ἀνακινεῖς τὸν λόγον καὶ οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ*) *καιροῦ* non pro gen. qual sed pro gen. temp. habeo. Unum tamen exemplum ex Vit. Auct. (c. 1) Chabert p. 167 affert: *φιλοσόφους βίους παντὸς εἴδους*, latinismum esse existimans. 5) Gesner vertit: "nuptiae ut necessariae successionis remedia inventae sunt".

χῆς, quod a φάρμακα pendet, id significat, quod efficiendum est. Apud L. autem gen. subst. cum φάρμακον iunctus non, quod efficiendum, sed, quod tollendum est, significat, velut Dial. Mar. 27, 9 (φάρμακον τῶν ἐν τῷ γήρᾳ κακῶν); cf. Epigr. 22. Non reticesco altero loco Am. (c. 33 φάρμακον λιμοῦ) gen. L. ratione positum esse. — Gen. ad adj. pertinentes L. generi dicendi repugnare videntur hi: c. 6 λιπαρὴς παιδείας ὄχλος[1]), c. 12 γόνιμον καρπῶν, καρπῶν ἄγονα, αὐτόμολος Ἀφροδίτης, τῆς θεοῦ φυγάς, c. 31 ἐπήκοον τῶν λόγων, c. 32 φιλίας εὐγνώμων, c. 37 ἀμφίβολος ὠφελείας καὶ βλάβης. Λιπαρής, ἄγονος (Tim. 17), γόνιμος (Rhet. praec. 23), αὐτόμολος[3]), φυγάς[4]), εὐγνώμων[5]) L. cum nominibus iungere non solet, sed absolute ponit; εὐγνώμων praeterea apud L. de rebus, non de hominibus usurpatur, ut Dial. Mort. 12, 7, Catapl. 9. Ἐπήκοος apud L. eum locum significat, quo quis quid percipere aut quo quid percipi auribus potest, velut Icarom. 23, aut pro adverbio est (ἐς ἐπήκοον vel ἐξ ἐπηκόου). Quod ἐπήκοος hoc loco Am. ad platanum refertur, quae sermones Socratis olim audierit[6]), apud L. nequiquam requisiveris. Ἀμφίβολος nusquam a Graecis cum gen. iungitur[7]). — Gen. a verbis pendentes notabiles videntur hi: c. 4 μεθαρμοσαμένη σπουδῆς, c. 5 ἀγνεύων ἔρωτος, c. 11 τῆς Ἀφροδίτης ἀντικαταλλαξάμενος et c. 20 ἡδονῆς ἀντικατηλλάξαντο, c. 16 ἀποβουκολῆσαι τοῦ πάθους, c. 17 ἐτιμᾶτο τῶν σκήπτρων, c. 30 ἐτίμων σε ἀνδριάντων, c. 33 εὐσχολῶν πείρας, c. 37 μὴ καταπόμπευε ἡμῶν, c. 38 τοῦ βίου φυγαδεύεις, c. 41 τῶν αὐχένων καθεῖνται, c. 42 γέμουσαν θηλύτητος. Μεθαρμόζεσθαι[8]) nisi loco Demosth. enc. 46, φυγαδεύειν[9]) nisi Macrob. 8, in libris spuriis, ἀγνεύειν, εὐσχολεῖν, καταπομπεύειν, γέμειν apud L. non inveniuntur. Neque ἀντικαταλλάττεσθαι L. est; utitur verbo simplici, quod Ver. hist. 2 cum praep. πρός et Phal. I, 1 cum ἀντί coniungitur; Tyrann. 7 gen. habet. Ἀποβουκολῆσαι[10]) quibus locis apud L. exstat, gen. caret; nam Bis. acc. 13 αὐτῆς ex ἐραστήν pendet, Navig. 4 ἡμῶν cum ἀπολειφθείς coniungendum est. Τιμᾶν illis locis "aestimare" sive "dignum putare aliqua re" est, quod ut exprimat L., τιμᾶν τινά τινι (Demon. 40) vel ἀξιοῦν τινά τινος (Somn. 11, Dial. Mort. 12, 2, Demon. 3) vel ἄξιόν τινος φάναι (Vit. Auct. 27, Pisc. 48) dicit; τιμᾶσθαι, "aestimare aliquo pretio", L. cum dat. aut acc. pers. et gen. pretii iungit (Pisc. 48, Prom. 4 et 10). Καθίεσθαι apud L. cum ἀπό vel ἐξ iungitur[11]), ἀποπνεῖν rursus, quod in Am. cum ἐκ iungitur (c. 40 ἐκ τῶν τριχῶν ἀποπνέουσαι), apud L. usque cum gen. iunctum est (Navig. 2, Vit. Auct. 15). — Gen. temporis c. 39 (πρωίας ὥρας), praeterquam quod vox πρώιος a L. aliena est, a L. usu dissidet. Qui cum ita gen. temp. utatur[12]), ut exprimat, intra quod spatium aut ex quo tempore quidque factum sit, hic gen. ita intellegendus est, ut tantum sit "horā matutinā". — De uno loco interpretando dubito (c. 37 Αἰδοῖς ὠφελείας καὶ βλάβης ἀμφίβολός ἐστι δαίμων), utrum gen. ad δαίμων an ad ἀμφίβολος pertineat. Illud si malis, hic quoque exemplum gen. qual., de quo supra dixi, habeas; hoc si placuerit, apud L. ἀμφίβολος cum casu nominis non iungi nisi cum acc., quem dicunt relationis, notandum est.

---

1) Gesner vertit: "assidua eruditionis (i. e. eruditorum) turba", ita ut gen. non pendeat ex λιπαρῆς sed ex παιδείας. At παιδείας pro πεπαιδευμένων positum esse parum verisimile est nec exemplis probari posse videtur. 2) Plato dicit λιπαρὴς πρός τι vel περί τι vel περί τινος. 3) apud L. tantum var. lect. Catapl. 8 est, Attici (Xen. Anab. 1, 7, 2) παρά τινος dicunt. 4) apud Att. interdum cum gen. iungitur, multo frequentius sine adiectione est. cf. Steph. thes. 5) Gesner vertit: "amicitiae cognitor". 6) Gesner: "arbitram sermonum". 7) cf. Steph. thes. 8) μεθαρμόττω sine casu legitur Nigr. 12. 9) φυγαδεύειν apud Att. cum ἀπό vel ἐξ, non cum simplici gen. iungitur. Noli autem hoc loco τοῦ βίου ad τὸ ζῆλν referre, talis enim interpretatio sensu recto caret. 10) Gesner vertit: "fallere amorem suum"; proprie est: "avertere animum a cupiditate". 11) Cobet Var. lect. p. 258 praepos. textui inseri iubet. 12) Schmid I p. 235.

3. De usu dativi.

Etiam cum dat. quaedam verba in Am. iunguntur, quibus L. non utitur. Ἀσμενίζειν c. 4 (ἀσμενίζοντας γενναίοις) dat. habet, cum c. 27 idem verbum (ἀσμενίζομεν τὰς διατριβάς) acc. habeat, quae structura usitatior est[1]). — c. 9 (ἐνοραΐζόμενον γενναίοις) ut nusquam alibi. — c. 12 καταρτᾶν (κατήρτηντο βότρυσιν), quod apud alios scriptores usque cum praep. ἐξ iungitur[2]). — c. 15 τοῖς καλοῖς ἡ τύχη παρεμποδίζει. Pro παρεμποδίζειν L. ἐμποδὼν ἵστασθαι (Gall. c. 10) utitur, alii cum acc. iungunt. — c. 19 τῷ θνήσκοντι τὸ τικτόμενον ἀντεμέτρησεν[3]). — c. 29 τὰς Μακεδόσιν ἀνθωπλισμένας γλώττας et c. 30 ἡ Σπαρτιάταις ἀνθωπλισμένη Τελέσιλλα; verbo ἀνθοπλίζειν L. non utitur, poëtae tantum cum dat. iungunt (Eur. Suppl. 666), Xenophon, qui unus praeter eos utitur, πρός c. acc. apponit. — c. 35 ἐνευσχολήσας τοῖς λογισμοῖς (otium nactus ad) nisi hoc loco Am. non invenitur. — c. 45 τοῖς μαθήμασιν ἐναθλήσας; alibi ἐναθλέω aut c. dat. aut cum ἐν c. dat. aut cum πρός c. acc. iungitur. — c. 45 τράπεζα τῇ μετὰ μικρὸν ἐπινήφουσα πράξει[4]). Plutarchus (Mor. p. 87 E) ἐπινήφειν de persona, non de re dicit. — c. 45 τοῖς μεθ' ἡμέραν καμάτοις ἐπηρεμῶν "qui diurnos post labores aliquantum quietis subiungat". Simplex ἠρεμέω nec Iud. voc. 4 nec Macrob. 23 dat. habet. — c. 39 οὐδενὶ βλεπομένας; pro ὑπό c. gen. ad alia passivi tempora atque ad perfecta vel plusquamperf. dat. adiungere poetarum fere est, prosaicorum usus rarus est, L. non esse videtur. — Praeterea notanda esse videntur c. 3 ὁμιλεῖς γυναιξὶν ὡραίαις καὶ μετὰ παίδων. Ὁμιλεῖν L. utique cum dat. iungit, nusquam cum μετά c. gen. — c. 13 τῇ πύλῃ παρελθοῦσιν; dat. pro διά c. gen. mirus est. — c. 17 ἐν Θεσπιαῖς γενόμεθα. L. γίγνεσθαι κατά τι dicit (Iup. trag. 16, Somn. 15, Imag. 10), semel (Tim. 28 ἐν τῷ πλουτεῖν γενόμενοι) ἐν habet, ita tamen, ut locus non significetur certus.

4. De usu accusativi.

De usu acc. haec videntur monenda: c. 3 ἐσθὴς μέχρι ποδῶν τὴν τρυφὴν καθειμένη. Quid hoc loco τὴν τρυφὴν sibi velit, non assequor. "Vestis ad pedes usque luxum demittens" cum ad verbum Gesner vertat, eo res planior non fit. Philops. 5 (πώγωνα καθειμένος) et Dial. Mer. 14, 3 (Ἀνδρομέδαν καθειμένην τὰς κόμας) cum illo loco Am. conferre vix licet, nam his locis acc. obj. sunt cum medio iuncti, in Am. καθειμένη passivum sit necesse est. Nihil restat nisi ut τὴν τρυφὴν acc. relationis esse credas mirum in modum sane usurpatum[5]). — c. 7 Χελιδονέας ὑπερθέοντες; apud L. ὑπερθέω non exstat, invenitur apud poetas et Platonem; apud illos autem est "currere per aliquid", non "ultra aliquem locum", velut τὸ κῦμα ὑπερθεῖν, apud hunc per translationem "superare" est. — c. 15 ἡ πρᾶξις ἀνώνυμον αὐτὸν ἐσίγησε; σιγᾶν ita usurpatum, ut sit "reticere", metuo, ne apud L. frustra quaeras. — c. 19 τὴν ἑτέρου φθορὰν ἄλλου γένεσιν ἐμηχανήσατο et c. 53 Μελητίδην οἴει με; L. nec μηχανᾶσθαι nec οἴεσθαι cum dupl. acc. obj. et praed. posuit. — c. 23 μαρτυρεῖν (μ. γῆρας ἀρετήν) acc. obj. habet, L. verbo aut absolute utitur, ut sit "testem esse", aut ita, ut ὅτι c. verbo sequatur. Semel (Sacrif. 10) medium μαρτυρεῖσθαι

---

1) L. utitur verbis ἀρκεῖσθαι vel ἀγαπᾶν. 2) Cobet κατήρτεντο scribere suadet, quae coniectura sane probabilis est; ἀπαρτᾶν L. cum ἐξ vel ἀπό saepius iungit. 3) c. 19 ἐνστάξῃς conjectura Cobeti est a Sommerbrodtio recepta pro ἐπιστάξῃς, quod Epist. Sat. 31 dat. habet (Var. lect. p. 257). Attici ἐνστάζειν, quod sane usitatius est, cum dat. iungunt, sed L., apud quem ἐνστάζειν non invenitur, ἐνσταλάξειν, verbum synonymum, Tox. 37 (ἐνσταλάξωμεν αἷμα ἐς κύλικα) cum εἰς iungit. 4) Gesner vertit: "sobrietatem instanti paullo post operi servans mensa". 5) Nisi forte τὴν τρυφὴν ut glossam reicere mavis.

cum acc. obj. iungitur. — c. 27 *πλεονεκτεῖν* "superare" acc. regit (*θήλεια τέρψις πλεονεκτεῖ τὴν ἄρρενα*), L. nullo cum casu aut cum gen. iungit, ut sit "superiorem esse". — c. 20 *ἡ τρυφὴ τὴν φύσιν παρενόμησε.* L. ut dicat, in quem quisque peccet, *παρανομεῖν* utique cum *εἰς* iungit (Apol. 7, Pseudolog. 3, Peregr. 6). — c. 39 *κατακρίνουσαι τὴν φύσιν; κατακρίνειν*, quo verbo L. non utitur, cum acc. pers. iungere Herodoti (6, 85; 9, 93) et Novi Test. (Luc. 11, 31) est, Atticos gen. uti notissimum est. — Denique huc trahendum videtur c. 44 *τὰ ὄργανα κρατοῦντες*, quod Gesner vertit: "instrumenta manibus tenentes", proprie vero vertendum erat: "instrumenta moderantes vel tractantes". Ubicumque *κρατεῖν* apud L. legitur, aut absolute ponitur (Dial. Deor. 12, Pisc. 24, Abdic. 4) aut cum gen. iungitur (Dial. Mort. 14, 2; 6, 3; 12, 6 et 7; Navig. 37; Paras. 27, Dial. D. 17, 1), accus. nullo loco repperi.

c) De verbis.

1. De usu temporum.

Quas du Mesnil in usu temporum L. propietates observavit, eaedem fere in Am. exstant. Praes. hist.[1]) invenitur c. 10 (*δοκεῖ*)[2]) et 11 (*βαδίζομεν*), imperf. ter pro aor. (c. 9 *ἠξίουν*, c. 10 *ἐπηγγόμην*, c. 14 *εἶχε*), rusus ind. aor. ter pro imperf. (c. 14 *ἐδεξάμην*, c. 33 *παρέσχεν*, c. 49 *ἐκοιμήθη*), conj. aor. pro conj. praes. semel (c. 41 *ἐπιφωνίξῃ*) exstat, similiter conj. aor. (c. 10 *πυκασθῶσιν*), ubi *ἐπεί* cum opt. praes. exspectaveris. Infin. aor. pro praes. sex locis observavi (c. 13 *διαθρῆσαι*, c. 27 *ἀντιπαρασχεῖν*, cum tamen paullo ante *σκοπεῖν* exstet, c. 27 *εὐφρανθῆναι*, c. 37 *ὀφθῆναι*, c. 48 *αἰσθέσθαι*, c. 53 *ἀρέσασθαι*) Omnino Am. auctor c. 47 imperfectis et aoristis, ut narret, quae a paribus amicorum prioribus temporibus gesta sint, promiscue uti videtur. Aor. gnomicus quattuor locis invenitur (c. 22 *ἐπωρέχθη*, c. 27 *ἀπηλλάγησαν*, c. 53 *ἀπέστη*, c. 54 *ἐπίταξεν*). Frequentissimus est usus perfecti, similiter atque apud L., cum ceterorum modorum tum participii: Indic. perf. exstant c. 3, 5, 22 (bis), 37, 38, 41 (bis), 50 (bis)[3]), 54; imperativus c. 3; infin. c. 41 (bis), 50; participia, quibus qualitates designantur[4]), c. 5 (bis), 6, 12 (bis), 14 (quater), 20, 29, 30, 32, 33 (bis), 34, 36 (bis), 37, 38, 40 (bis), 41 (bis), 42, 48, 50, 53 (bis); plusquamperfecta c. 5 et c. 12. Itaque ex usu temporum ad diiudicandam quaestionem nihil effici potest.

2. De usu generum verbi.

Etiam in hoc usu quibusdam rebus, quas L. proprias esse observatum est, Am. cum eo congruunt, velut quod c. 3 (*παράσχου*) et c. 36 (*παρέχονται*) media inveniuntur, c. 33 (*παρέσχεν*) et c. 22 (*ἀντιπαρασχεῖν*) activa; Sommerbrodt[5]) enim demonstravit L. activo et medio verbi *παρέχειν* promiscue uti. Neque med. *διακονουμένης* c. 14 a L. abhorret, qui saepius hoc med. quam act. utitur[6]). Deinde quod Am. bis (c. 19 et 32) *ἐγκεράννυσθαι* med. cum acc. obj. iungunt, monendum est L. verbi simplicis medio uti solere. Denique Am. aeque ac L. *χαλᾶν* et transitive et intransitive utuntur (c. 27 *χαλασάσης τῆς ἀλγηδόνος*, c. 1 *φροντίδων χαλασθέντες*).

Sed pluribus in rebus Am. a L. usu generum verbi abhorrent. Activo verbi *ἱδρύειν*, quod praeter Am. c. 6 (*ἐμαυτὸν ἵδρυσα*) uno loco Asini, libri suspecti, (c. 35 *ἱδρῦσαι ἡμᾶς ἔγνωσαν*)

[1]) p. 10 sequ. Schmid I, p. 239. [2]) Sommerbrodt ex Sakrorraphi conj. *ἐδόκει* scripsit. (Mnemosyne XXI p. 268 sequ.) [3]) de *παρείκατε* vid. supra p. 10 adn. 11. [4]) Schmid I p. 240. [5]) Adn. ad Gall. c. 13 et ad Icaromen. c. 16 (Ed. theod. p. 47 et 85). [6]) Schmid I p. 239.

legitur, L. non utitur; dicit pro eo *καθίζειν*. — Activa *ἀμπέχω* (Am. c. 13) et *ἀποπειράω* (c. 26) L. non usurpat, media saepius habet. — Saepius in Am. media exstant (c. 34 *ἐπιτεθειμένη λήθην*, c. 46 *ἐντολὰς ἐπιθήσομαι*), cum L.[1]) (Tim. 16 *ἐπιθήσω*, Catapl. 9 *ἐπιθῶ* et 13 *ἐπιτιθέντα*) activo utatur. — Am. c. 50 *ἀριθμησάμενος* med. legitur, L. verbi *ἀριθμεῖν* act.[2]) et pass. habet, non habet medium. — c. 33 *ἐσπευσμέναι χρεῖαι*[3]) fieri non potest, quin med. sit, cum L. *σπεύδω* active et intransitive uti soleat. — c. 37 *πρὸς τὸ βουλόμενον*[4]); si *βουλόμενον* passive usurpatum est, id quod credibile non est, is usus admodum singularis et a L. plane abhorrens est, sin *βουλόμενον* active est "quod vult", durissima *βραχυλογία* est, cum "ad se duci" supplendum sit. — Med. *ἐκκαλέομαι*, quod ter in Am. (c. 1 *ἐκκαλέσασθαι*, c. 22 *τὴν ὄρεξιν ἐκκαλεῖται*, c. 53 *ἐκκαλεσάμενος τὴν μνήμην*) legitur, L. non utitur. — c. 31 *ἐπενοήθησαν φιλοσοφεῖν*; apud L. *ἐπινοέω* et semper act. est neque umquam cum inf. iungitur[5]), acc. obj. habet; aoristo utitur *ἐπενόησα*. Activum Am. quoque plus semel habent (c. 28 *ἐπινοήσας*, c. 33 *ἐπινοεῖν*, c. 34 *ἐπενόησαν*, c. 35 *ἐπινοηθέν* pass.) *Ἐπενοήθησαν* igitur duabus de causis singulare est, et quod aor. pass. vim act. habet et quod inf. sequitur[6]). — c. 22 *ἠρκούμεθα*. Bieler[7]) L. *ἀρκεῖν* praeter tres locos librorum spuriorum aut suspectorum utique active posuisse demonstravit. — c. 51 *εὐτυχῶνται*. L. *εὐτυχεῖν* utique active ponit, praeter locum de merc. cond. 12, quo *εὐτύχηται* tamen non est dubium quin passive interpretandum sit. In Am. med. est. — c. 52 *παρηγορησάμην*; nec *παρηγορεῖν*, quae forma verbi apud Atticos est, nec *παρηγορεῖσθαι* L. habet. — Denique compluribus locis Am. infinitivi ad adiectiva ita pertinentes, ut ea accuratius definiantur, passivi sunt, cum L.[8]) activis uti soleat (c. 37 *σεμνὸν ὀφθῆναι*, c. 39 *δυσκληδονίστων ὀνομασθῆναι*, c. 53 *ἀπρεπὲς λέγεσθαι*, c. 54 *αἰσχρὰ λέγεσθαι*, c. 41 *ἄξιον πεπεδῆσθαι*.

3. De usu modorum.

Hac quoque in re Am. multis rebus cum L. conveniunt. Quae Heller[9]) de enunciatis finalibus apud L. observavit, ea Amorum quoque propria sunt, velut quod *ἵνα* antecedente tempore historico cum conj. iungi solet (c. 19, 21, 32, 35) et quod *ὅπως* c. conj. vel ind. fut. iungitur (c. 17, 32, 27). Sed in eo Am. a L. discrepant, quod apud hunc *ὡς* finale frequentius est quam *ὅπως*, in illis ter *ὅπως*, semel *ὡς* invenitur; cui tamen rei multum non tribuerim. — In enuntiatis consecutivis saepius *ὡς* cum inf. quam *ὥστε*, quod uno loco (c. 37 *ὥστε καλεῖσθαι*) exstat, usurpatur (c. 2, 10, 21), hoc quoque ex L. genere dicendi. — In enuntiatis condicionalibus[10]) L. *εἰ* c. opt. in protasi uti solet, cum in apodosi ind. praes. vel fut. ponit. Similiter Am. c. 12, 26, 27, 43, 46 nec non c. 22, ubi *ἑλομένων* pro *εἰ ἕλοιντο* est. — Proprium porro L. est *ἐάν, ὁπόταν, ἐπάν*[11]) cum opt. iungere; *ἐπειδάν* vero nisi in libris suspectis cum opt. non invenitur. Hoc autem Am. c. 16: *ἐπειδὰν θελήσειε, διεπέττευε* exstat[12]). Nec quod c. 39 *εἰ ἂν ἴδοι τις*,

[1]) Phalar. 1, 2 *ἐπιθέμενος τῇ ἀρχῇ* "aggredi" est, non "imponere". [2]) Vit. Auct. 3, Iud. Voc. 2, Gall. 29. Idem verbum Am. 21 passive usurpatur (*ἀριθμοῦνται*). [3]) Gesner vertit: "urgentes illae indigentiae". [4]) G.: "agens in id quod appetitur". [5]) Bieler de salt. p. 15. [6]) Quod c. 16 codd. exhibent *ἐπενοήθησαν*, cum Jacobitzio, Bekkero, Dindorfio in *ἀπενοήθησαν* mutare malim. Sin Sommerbrodtium, qui *ἐπενοήθησαν* retinet, sequaris, etiam hoc loco singularis illius aor. pass. vi act. positi exemplum habeas. [7]) de salt. p. 16, de cyn. p. 11—12. [8]) Bieler de cyn. p. 11; tamen Prom. es in v. 3 *χαρίεντα ὀφθῆναι* legitur. [9]) H. Heller, Die Absichtssätze bei Luc., in "Symbolae Ioachimicae", Berlin 1880, I p. 283. [10]) Schmid I p. 243—4. [11]) du Mesnil p. 19—21, Chabert p. 198. [12]) Bieler de paras. p. 7 "verstösst gegen alle Regeln lucianischer Syntax". Sommerbrodt codd. auctoritate neglecta *ἐπειδή* scribit.

νομίσει legitur, veri L. esse videtur. Quod autem c. 46 in apodosi ἄν apud opt. omittitur (ὁπλισαίμην), eo Am. cum L. consentiunt. — Bis in Am. opt. cum ἄν invenitur, ubi Attici ind. irrealem cum ἄν posituri fuisse videntur (c. 31[1]) εὐξαίμην ἄν, εἴπερ ἦν ἐν δυνατῷ, τὴν πλ. ἑστάναι et c. 50 ὥστε εὐξαίμην ἄν, εἴπερ ἦν ἐν δυνατῷ, Θ. γενέσθαι, ἵνα βαδίζοιτε.) Opt. L. ita usum esse nondum demonstratum esse videtur. — Enuntiatorum optationes exprimentium apud poetas, imprimis Homerum[2]), prima verba ὡς ὄφελον saepe sunt consequente infinitivo. Similiter Am. c. 41 ὡς ὄφελον δράκοντες εἶναι legitur. Apud L. bis ὡς ὄφελον legitur (Fugit. 11. Ver. Hist. 1, 16), nullus tamen infin. adiunctus est. — In enuntiatis temporalibus quattuor locis[3]) πρὶν ἤ c. inf. antecedentibus usque enuntiatis affirmantibus usurpatur (c. 2 πρὶν ἢ λῆξαι, c. 25 πρὶν ἢ γνωσθῆναι, πρὶν ἢ ἐπιδραμεῖν, c. 53 πρὶν ἢ φαῦσαι). L. πρίν nullo ἤ adiuncto cum inf. ponit; quibus locis πρὶν ἤ legitur, ei ex libris maxime suspectis sunt (Asin. 18, Paras. 42, Sacrif. 14) — Mirus et a L. stilo alienus c. 10 conj. cum ἄν est (ἐπειδὰν πυκασθῶσιν. ἀπεστέλλοντο), ubi ratio Atticorum, quam L., quantum video, sequitur. opt. simplicem desiderat, ut rem tempore praeterito iterari exprimant[1]). — Ut ad usum infin. in Am. veniam, primum monendum est L. ποθεῖν, quod Am. c. 1 cum inf. iunctum est (ποθοῦσιν ἀνέσθαι), consuesse cum acc. obj. iungere. — ἀνέχεσθαι c. 46 (ζῆν οὐκ ἀνέξομαι) c. inf. iungitur, cum L. aut acc. nominis aut participii nom. vel gen. adiungat. — c. 37 (εἰ πάθος προσηγορίαν ἔχειν ἔτυχε) τυγχάνειν inf. habet, apud L. talem nullum inveni. — Inf. absoluto L. saepe utitur, sed pro eo[5]), quod est c. 22: καθόλου εἰπεῖν, is ὡς εἰπεῖν, ὡς ἔπος εἰπεῖν dicere solet. — Denique participium uno loco (c. 36 μετανόει γενόμενος Ἕλλην) aliter atque apud L. usurpatum est, qui μετανοεῖν cum ἐπί c dat. iungere solet. Nam, quod est c. 37 ὡς ἂν νήπια φρονῶν, particulae ὡς cum partic. et ἄν coniunctae Du Mesnil[6]) e L. aliquot exempla affert[6]).

d) De praepositionibus.

In praep. ἀμφί, ἀνά, ἀντί, ἐπί, παρά, περί, πρό, ὑπέρ utendis auctorem Am. a L. dissidere non observavi. 1. ἀπό. c. 34 τὴν ἀπὸ τούτου μίμησιν L. repugnat: et μίμησις, quod voc. in genuinis libris rarum est (de dea Syria c. 28), et μίμημα, quod frequentius est (Nigrin. 2), cum gen. iungitur. Etiam c. 42 ἔξοδοι ἀπὸ τῆς οἰκίας iustam dubitationem movet. — 2. ἐξ. ἐξ ἑωθινοῦ tantum Am. c. 38 exstat; usus adverbialis quidem praep. ἐξ a L. alienus non est; quae enim leguntur Am. c. 44 ἐξ ἐναντίου et c. 48 ἐκ διαδοχῆς, L. quoque habet: non habet ἐκ τοῦ περιόντος c. 33, pro quo Apolog. 13 ἐκ περιττοῦ invenitur. non (Am. c. 50) ἐκ δευτέρου, non (Am. c. 5 et 50) ἐξ ὑπογυίου, neque quod est c. 48 μαθήμασιν, ἐξ ὧν τὸν βίον ὤνησεν, apud L. inveneris, qui Dial. D. 26, 1 ὀνινάναι cum partic. iungit (διδάξας ὤνησας). — 3. εἰς. Dubito, num L. dixerit εἰς ἄκρον ἔχον, cum Prom. 1 κατὰ τὸ ἄκρον legatur, etiam εἰς τοὺς ἐφήβους κριθείς (c. 2) et ἁρπάζων εἰς αὐτόν (c. 2) mirum videtur. Pro ἐς πρόφασιν certe (c. 41) L. plus semel ἐπὶ προφάσει dixit. — 4. ἐν. Bis in Am. (c. 31 et 50) ἐν δυνατῷ ἦν exstat, quod apud L. non est; quod enim Abdic. 2 ἐν δυνατοῖς est, "inter res quae fieri possunt" interpretandum est. — 5. σύν. σὺν δειλαίῳ δαίμονι,

[1]) Hoc εὐξαίμην Sommerbrodt contra codd. fidem in εὐξάμην mutat, "quia optatur, quod quis fieri scit non posse". At ita alterum quoque εὐξαίμην c. 50 in εὐξάμην mutandum erat; hoc autem loco opt. ab auctore Am. scriptum esse opt. βαδίζοιτε confirmatur. [2]) Krüger, Dial. Syntax § 54. 3, 5. [3]) Attici num πρὶν ἤ usurpaverint, valde dubium est, cf. Krüger ad Thucyd. V, 61. 1; Syntax § 69, 58. [4]) Cobetum contra codd. auctoritatem ἐπειδὴ πυκνωθεῖεν scribere suadentem cum Sommerbrodtio non sequor. [5]) Bieler de paras. p. 7. [6]) p. 24 C.

quod Gesner vertit "malis auspiciis", singulare est: ne σὺν δαίμονι quidem L. habet. Pro σύν Am. (c. 19 αἱ σὺν γυναιξὶν ὁμιλίαι) L. (Sacrif. 6) πρός c. acc. habet. — 6. διά. L. διά c. gen. adj. vel pronom. adverbiorum loco utitur (διὰ βραχέων, ταχέων, μακροῦ, ὀλίγου, μέσου, πολλοῦ, πασῶν), cum gen. subst. διά hac vi non iungit, quod tamen tribus Am. locis fit (c. 13 δι' εὐμαρείας, c. 17 δι' ἠρεμίας, c. 23 δι' ὀλιγωρίας). Pro δι' ἄκρων δακτύλων (Am. c. 53) dativum habet (Bis acc. 8 ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ψαύσαντες). — 7. μετά c. gen. De iis, quae leguntur Am. c. 22 αἱ μετὰ γυναικῶν ὁμιλίαι et c. 28 αἱ μετὰ ἀρρένων ὁμιλίαι, idem valet, quod de usu praep. σύν dixi. — 8. πρός c. acc. Cum Am. c. 1 (τὰ κεκμηκότα πρὸς τὰς σπουδὰς ὦτα) ad κάμνειν πρός adiunctum sit, L. (Tox. 60) κάμνειν ἀπὸ τραύματος dicit, nisi forte ὑπό, quod est in cod. Ω, legendum est. Eodem loco ὀξὺς πρὸς Ἀφροδίτην est, pro quo acc. rel. exspectaveris. Quod est c. 9 τῷ πρὸς τὸ θῆλυ μίσει, L. aut μῖσος κατά τινος (Abdic. 30) aut μῖσός τινος (ibid. 24) dicit. Quae sunt c. 7 πρὸς ὀλίγον, c. 28 πρὸς τὸ λοιπόν, c. 33 πρὸς τὸ βέλτιον, in iis Am. a L. non recedunt[1]). — 9. ὑπό. Quod c. 32 legitur ὑπὸ φρουρᾶς δεθέν, cum L. non convenit, qui δέω cum ὑπό c. dat. iungit (Tox. 32, Apol. 1). Ceterum praep. ὑπό et cum dat. et cum acc. Am. eadem ratione ac L. utuntur. — 10. Postremo loco de praep. κατά dico, cuius cum gen. usum accuratius exploravit Przybilla[2]). Qui priore loco de usu locali tripertito ita egit, ut κατά significare et locum, unde motus inciperet, et, quo motus desisteret, et totum spatium percursum demonstraret. Ex Am. quoque exempla congessit. Quorum primum (c. 16 κατὰ πετρῶν ἐνεχθέντα[3]), cum apposito φασίν evincatur verba aliunde petita esse, ad stilum Am. nihil pertinet, in altero, quod affert[4]) (c. 41 λίθους κατὰ λοβῶν ἠρτημένους), ipse observavit verbum movendi desiderari, cum in omnibus exemplis L. movendi verba utique cum κατά iuncta sint. Quae duo exempla praeterea affert, ut κατά locum, quo motus desistat, significans illustret, ea cum L. congruunt[5]) (Am. c. 16 εἰ δὲ φαύλως κατὰ τῆς τραπέζης ῥίψειεν et c. 20 κατὰ πετρῶν δέ, φασίν, ἀγόνων σπείραντες), quamquam alter locus, id quod idem φασίν indicat, aliunde decerptus est. Similiter quod tertio prioris partis loco ex Am. citat (c. 6 κατὰ τῶν κάλων τὰς ὀθόνας ἐκχέαντες)[6]), eo totum spatium percursum indicari ut saepius apud L. recte observavit[7]). Congruunt porro Am. cum L. de κατὰ νώτου (Am. c. 28) et κατὰ κύματος (Am. c. 16) et κατὰ κόλπου δῦσα (c. 43)[8]). Sed Am. c. 22 (ὅσα τὴν ὑγρὰν καθ' ὕδατος εἴληχε λῆξιν) usus eius praep. singularis est; nam quod Przybilla ex Halc. c. 1 τὰ καθ' ὕδατος διαιτώμενα affert, Halcyonem non esse L. constare videtur. De iis, quae deinceps de usu metaphorico praep. κατά disputat, monendum est καθ' ὅλου (Am. c. 22) apud L. nisi uno loco (Iud. voc. 3) non inveniri, cum id tamen bis in libello spurio Cynici (c. 8 et 12) legatur. — κατά c. acc. apud L. aut locum, per quem quid fit, aut tempus aut modum, quo quid fit, declarat[9]). Prioris vel alterius generis discrepantiam in Am. repperi nullam, cum illud κατά in Am. bis (c. 18 et 37), hoc sexies (c. 15, 24, 27, 33 bis, 45) legatur; neque de usu praep. κατά adverbiorum loco modum exprimentis, sive ea cum substantivis iuncta est (quinquies in Am. c. 5, 7, 22, 23, 43), sive cum adiectivis vel pronominibus (sexies in Am. c. 5, 15, 20 34, 33, 27) a L. abhorret et vel ea re cum eo convenit, quod κατά plus semel more poëtico causam aut finem declarat[10]) (c. 3 κατὰ τὴν Ἀφροδίτην, c. 11 κατὰ θέαν, c. 17

[1]) Du Mesnil p. 37. [2]) "De praep. κατά et ἀνά usu Lucianeo". diss. in. Regimontii Bor. 1883; pars I. Non egit de usu praep. κατά c. acc. iunctae neque de ἀνά. [3]) p. 13. [4]) p. 21. [5]) Huc refero etiam Am. c. 36 (ἀνάγκη κατ' αὐχένων ζυγὸν ἤρτηται ἐπιθεῖσα), de quo p. 27 disseruit. [6]) Gesner vertit: "per rudentes vela cum effudissemus". [7]) p. 23. [8]) p. 29. [9]) Du Mesnil p. 34. [10]) Du Mesnil p. 34.

κατ' εὐσέβειαν, c. 30 κατὰ σοφίαν). Duobus tamen locis Am. a L. discrepant: cum Am. (c. 15) κατὰ τοῦτο ἐθαύμαζον habeant, L. θαυμάζειν ἐπί τινι dicit, et cum Am. (c. 6) κατ' οὐδὲν ἐλάττονι ῥοίζῳ exhibeant, L. cum comparativo simplex οὐδέν iungit.

Quae adverbia loco praepositionum in Am. inveniuntur, ex iis ἐκτός[1]) (c. 4), μεταξύ (c. 17), ἐντός (c. 41), χωρίς (c. 42), ἐνδοτέρω (c. 41), praeterea ἄχρι et μέχρι, cum quibus aut gen. loci (c. 14 ποδός, c. 40 μεταφρένων, c. 3 et 41 ποδῶν, c. 40 ὀφρύων) aut temporis (c. 47 θανάτου, c. 49 ἀκμῆς, c. 10 χρόνου, c. 25 ἡλικίας) aut rei efficiendae vel effectae (c. 31 παιδιᾶς, c. 38 τέκνων, c. 21 νόσου, c. 54 καθέζεσθαι, c. 21 ἱεροσυλῆσαι) iungitur, simili atque a L. ratione usurpantur, nisi quod ἄχρι apud hunc rarius quam μέχρι cum gen. subst. vel pron. iungitur: δίχα vero (Am. c. 38 δίχα τῆς πρὸς γυναῖκας συνόδου) apud L. non exstat, et εἴσω (c. 13 εἴσω τοῦ νεὼ παρῆειμεν) L. ita tantum ponit, ut praep. εἰς cum artic. antecedat (Sacrif. 13 ἐς τὸ εἴσω τῶν περιρραντηρίων, Navig. 38 ἐς τὸ εἴσω τῶν ὅρων)[2]).

e) de negationibus[3]).

Proprium est L. negatione μή uti in enuntiatis declarativis et causalibus coniunctionibus ἐπεί vel ὅτι vel ὡς antecedentibus, in enuntiatis relativis, a quibus vis condicionalis absit, cum participiis vi condicionali carentibus, cum infinitivis omnis generis, ita tamen, ut talia enuntiata vel participia vel infinitivi οὐ quoque admittant. Certa quaedam ratio adhuc latet. Quo in usu neg. auctor Am., quantum perspicio, cum L. utique convenit. Nam μή et c. 4 (ἐπεὶ μηδὲ εἰς ἕτερόν σε ῥέποντα ὁρῶ) in enuntiato causali invenitur et satis multis locis μή cum part. iunctum est vi condicionali carentibus (c. 2 μηδὲ δυνάμενα, c. 14 μήτ' ἄγαν προσεσταλμέναι μήτ' ἐκκεχυμέναι, c. 23 μηδέπω ἐχόντων, c. 26 μηδ' ὑποφυομένης, c. 35 μηδὲν ἐῶντος, c. 44 μηδένα προσβλέπων, c. 53 μηδὲν ἴχνος καταλιπών, c. 36 τοῖς μὴ δυναμένοις λογίζεσθαι, quamquam hic fortasse vim condic. statuere licet[4]), cum rursus haec habeas participia nulla vi cond. cum οὐ iuncta (c. 21 φυλαχθέντες, ἔχοντες, c. 11 ἀμπεχούσης, c. 17 πιεζούσης, c. 33 εὐσχολῶν, ἐώσης, c. 37 δυναμένου, c. 49 παρούσης. Locum, quo pro Atticorum μή in Am. οὐ exstet, qui usus dicendi a L. alienus non est[5]), repperi nullum, nisi forte c. 17 μέμνησθε, ὡς ὁ τήμερον ἡττηθεὶς οὐκέτ' αὖθις ἐνοχλήσει. Sed huic in usu neg. Am. cum L. congruentiae nihil tribuo, nam ceteri quoque illius aetatis scriptores velut Herodes Atticus et Dio Chrys. οὐ et μή fere promiscue usurpant: contemnendae vero minime sunt gravissimae Am. a L. discrepantiae in usu particularum quarundam, de quo proximo loco agemus.

f) de particulis.

Cum longum sit explicare, quae particulae aut simplices aut copulatae in Am. pari atque a L. ratione usurpatae inveniantur, velut μὲν γάρ, μὲν οὖν, καὶ γάρ, formulae adseverandi vel obtestandi, ea afferre satis habeo, quibus Am. a L. discrepant. Atque primum quidem καὶ

[1]) Ad ἐκτός gen. τοῦ ἐρᾶν supplendus esse videtur. [2]) Uno loco Asini (c. 40) ἵεμαι εἴσω δρόμῳ est gen. non adiuncto. [3]) Du Mesnil p. 40 sequ.; Schmid I p. 245—47; Chabert p. 204 "on chercherait vainement chez Lucien un critérium précis de l'emploi de οὐκ et de μή". [4]) Quem praeterea locum Schmid ex Am. c. 17 affert (βουληθεὶς οὐδ' ὅτι μηδ' ἐν τῷ θήλει πρόσθεν εἶναι τὸ θῆλυ), is huc non pertinet; nam negatio μηδέ ad infin. ex βουληθείς pendentem trahenda est, verba autem οὐδ' ὅτι pro adv. extra enuntiati structuram posita sunt. [5]) Du Mesnil p. 46.

μήν semel in Am. (c. 5) legitur, cum apud L. frequens sit[1]). — Deinde decem locis Am. γε μήν legitur, cum rarissime genuini L. libri eo utantur. Locos collegit Bieler[2]). — ἀλλά τοι praeter Lexiphanem (c. 12)[3]) et Encom. Dem. (c. 23)[4]) tantum Am. c. 23 invenitur. — δὴ καί (c. 10 ἐώρων δὴ καὶ τεκμήρια) L. usurpasse non videtur, cum καὶ δή saepius habeat[5]). — τί δή, quod est Am. c. 24, L. non habet. — nec L. γὰρ οὐδέ, quod Am. c. 30 est, nec καὶ οὐδέ (c. 33) posuisse videtur, neque ἐπειδὴ μάλα (c. 6) apud L. inveni. — Si illud verum est, quod Ioost[6]) observavit, particulam ὥσπερ, quae multo frequentius a L. usurpatur quam καθάπερ, ita tamen, ut nullo modo constitui possit, qua re usus alterius ab altera differat, in libris rhetoricis saepius, rarius in posterioribus usurpari, cum auctor Am. octies ὥσπερ (c. 5, 15, 19, 31 bis, 32, 48, 53, ad quod accedit ὡσπερεί c. 25) bis καθάπερ (c. 4, 39) posuerit, etiam eo Am. a stilo L. recedunt. Nam cum supra demonstravisse nobis videamur, Am. a L. adulescente scribi non potuisse, sed, si modo L. sint, eidem aetati attribuendos esse, qua ceteri Lycini dialogi scripti sint, etiam hoc grave argumentum contra originem Lucianeam Am. esse puto[7]). Praeterea ὡς, quod apud L. potestate comparativa rarum est, hac vi non minus novies (c. 10, 16, 20, 34, 39, 46, 47, 49, 52) in Am. invenitur. Ioost[8]) porro observavit simplex πλήν tribus locis Am., ad quos duos addo (c. 31 πλὴν ἐπεὶ τοῦτ' ἀμήχανον et c. 34 πλὴν ἑκάστῃ γε τούτων ἀνέτειλεν) adverbii loco usurpatum esse, cum L. plerumque praeter paucos libros, de quibus v. d. seorsum agit, πλήν et πλὴν ἀλλά et πλήν γε vel πλὴν ἀλλά γε variare soleat. Idem πλὴν ὅσα ἐπικρύπτειν, quod Am. c. 13 est, admodum singulare esse intellexit. Etiam illud monet, quod simplex γέ, qua part. L. saepissime utatur, pro exemplis L. raro in Am. (c. 12, 25 ter, 27, 34, 37, 52, 54) occurrat, eo Am. suspectos fieri[9]). — Denique ἆρ' οὐ "nonne", quod est Am. c. 17, Bieler[10]) in genuinis libris L. non inveniri observavit.

Multis igitur rebus ad grammaticam pertinentibus Am. a L. stilo differunt, quamquam negari non potest haud paucis, quae L. propriae sint, eos cum L. consentire; magis autem illorum ab hoc discrepantiam apparituram esse confido, si accuratius examinaveris, quibus vocabulis auctor Am. utatur, eaque cum copia verborum L. contuleris: multa vocabula in Am. inesse videbis, quae aut apud L. omnino non inveniuntur, aut, sicubi L. iis usus est, alia potestate vel alia forma aliove genere numerove usurpata sunt atque a L., licet in hoc genere nonnulla ad casum referenda esse videantur.

B. De delectu vocabulorum[11]).

a) de substantivis.

Quae substantiva in L. libris casu quodam desiderari videntur, sive nullo loco scriptori facultas iis utendi dabatur, sive alius casus in causa est, haec esse puto: ἀγελάρχης c. 22,

[1]) Joost, Partikelgebrauch p. 171. In suspectis libris rarum est praeter Parasitum. [2]) Bieler de paras. p. 11—12; Joost p. 172, 176; Schmid I p. 424. [3]) In iis, quibus hic ὑπεραττικίζει. [4]) Liber pro adulterino habendus est. [5]) Pro imagin. 26 cod. A habet ἀλλὰ δὴ καί, Sommerbrodt scribit: ἀλλὰ καί, Fritzsche ἀλλ' ἤδη καί. [6]) p. 182. O. Schmidt p. 8 contra καθάπερ in prioribus L. libris saepius inveniri quam in posterioribus investigasse sibi videtur. [7]) ὡσπερεί L. non habet praeter Asin. c. 56. [8]) p. 169: "Ferner haben nur einfaches πλήν die sehr anrüchigen Ἔρωτες c. 50, 51, 53, wo πλ. einen Nebensatz mitten in der Periode einleitet, während es sonst so zu sagen mit vollem Athem einsetzt"; p. 167: "πλὴν ὅσα c. infin. ein syntaktisches Unikum bei L." [9]) ἀλλήλους γε, quod Joost ex c. 28 laudat, Dindorfii lectio est; nec Jacobitz nec Sommerbrodt γε hic receperunt. — Idem errat, quod μεταξύ c. partic., quo L. saepe usus est, ab Am. abesse dicit: c. 29 μεταξὺ παθαινόμενος exstat. [10]) de cynico p. 10 adn. [11]) In hoc loco tractando praecipue Jacobitzii

ἄλη c. 3, ἀναπαυστήριον c. 18, ἀστοχία c. 16 (adj. ἄστοχος L. utitur), αὔχημα c. 30, βαθμός c. 53 (Trag. v. 221 est), ἐντομή c. 44 (τομή L. habet), ἐρέτης c. 8, εὐκολία c. 5 (εὔκολος L. habet), κακοδαιμονία c. 39 (L. κακοδαιμόνως habet), κάπρος c. 22, ×× κλειδοφύλαξ c. 14, λέκαινα c. 22, μεσόκοιλα c. 6, ὀρχηστρίς c. 10, οὐλότης c. 40, πιότης c. 14, πλάστιγξ c. 4, πλοκή c. 40 (L. συμπλοκή et περιπλοκή habet), πρόχοος c. 39, προπομπία c. 18, σκέπη c. 34, σπόρος c. 33, συνείδησις c. 49 (L. σύνοιδα habet), τέμενος c. 27, ὑφή c. 34, χιτωνίσκος c. 44. — Multa autem subst. sunt, quae in Am. alia vi usurpantur atque a L. Ἀγωνία c. 30 "certandi studium" est, apud L. (adv. ind. 8) "certamen" — ἀπόφασις c. 48 "affirmatio", apud L. (Gall. 11) "negatio" — ἕλικες c. 26 et 40 "anuli vel cincinni", apud L. (Ver. Hist. 1, 8) "pampini" sunt — εὐχέρεια c. 11 "ars, dexteritas" est, apud L. (Prom. 9) "propensio, animus propensus" — ἱστορία c. 8 "narratio", apud L. aut "investigatio" (de laps. 7) aut "historia" (Herod. 1, Hist. conscr. saepius) — καταδύσις c. 34 "perfugium frigoris"[1]), Ver. Hist. 1, 33 "descensus" est — κέρας c. 6 "antemna", quae a L. κεραία dicitur, apud L. "cornu" — κοίτη c. 15, 20, 39, 44 "cubile", apud L. (Ep. Sat. 21) "arca" — κόμη c. 12 "coma arborum" (apud L. φύλλα), apud L. proprie "capillus" est — κληδών c. 49 "fama", apud L. (de laps. 9, Icar. 6) "vox divina" — κορυφή c. 18 "cacumen arboris", apud L. "vertex" vel translative "res summa" est — λείψανον c. 3 et 7 de rebus sola mente percipiendis, a L. de corporeis dicitur — μεταίχμιον c. 21 "intervallum loci" apud L. "int. temporis" est — μέτρον c. 21 "cumulus sc. voluptatis" apud L. "modus" est — μῆκος c. 12 "rem longam", apud L. "longitudinem" significat — μέσον c. 2 "venustas", apud L. "calcar" vel "oestrum" est — ῥόθιον c. 6 propriam vim habet, a L. (Tox. 19 et 55) translative usurpatur, ut idem sit quod ὁρμή vel θυμός; ceterum Lexiph. 15 ut voc. insolitum castigatur — ῥυθμός c. 14 est "proportio membrorum", apud L. nisi de musica poni non videtur — σόφισμα c. 38 "ornamentum", apud L. (D. Mort. 8 et 20, 4) "dolus fallaciaeve" — σύνοδος c. 27, 35, 38 ponitur vi obscena, apud L. (Herod. 7) "concilium" est — χαίτη c. 40 de coma humana, apud L. de setis equorum ponitur — χαρακτήρ c. 38 et 44 "facies" vel "nota oris" est, apud L. (Herm. 44) "literae" vel "notae incisae, hieroglyphicae" sunt — χρόνος denique Sommerbrodt[2]) observavit in Am. non semel de aetate hominum usurpari (c. 10, 23, 25). — Quae legitur forma voc. μαζοί c. 41[3]), a L. aliena est, qui usque μαστοί habet, quod Am. c. 53 quoque exstat — pro τέχνασμα c. 28[4]) L. τέχνημα — pro ὕελος c. 26 L. ὕαλος habet — φάρυγξ c. 42 masc., apud L. (Tim. 18)[5]) femin. est — μετάφρενον apud L. sing. (Tim. 53, V. Hist. 1, 37, Adv. ind. 7), in Am. (c. 14 et 26) plur. num. usurpatur — rursus πέλη c. 13 sing. est, apud L. tantum plur. num. exstat.

Longe autem plurima subst. Am. consulto L. vitavisse videtur, nam ad idem exprimendum aliis verbis uti solet, cum auctor Am. suis uti maluerit propterea maxime, ut orationem more poëtarum coloribus variaret. Nam etiamsi L. verbis poët. non abstinuit[6]), Am. tamen iis

indice ed. maioris tomo IV inserto usus sum, quem, quamquam plenior est quam Reitzii lexicon Luc., in quo quasi in fundamento nititur, omnibus numeris perfectum non esse, sed plus uno loco vitiosum et mancum esse non ignorat, quicunque iis adiumentis diligentius usus est; unde si qui errores in hanc dissertatiunculam redundaverint, velim excuses eo, quod litterarum subsidia parum sufficere videntur. — Asterisco notavi ἅπαξ λεγόμενα, binis asteriscis vocabula, quae post L. exsistunt. [1]) Pro hoc L. ἀποστροφή vel κρησφύγετον dicit. [2]) Adn. ad Am. c. 10 (p. 163). [3]) Etiam Trag. v. 110. [4]) Etiam Charidem. 7. [5]) Praeterea Ner. 6 et 9. [6]) Schmid I p. 313 sequ. collegit.

tantopere scatent, ut consulto auctor sermonem poët. secutus esse videatur. Sed singula enumeremus: ×× Ἀγκάλισμα c. 14 poët. est, L. non habet — Pro ἀδοξία c. 20 L. ὄνειδος vel αἰσχύνη, pro ἀκκισμός, voc. poët., c. 4 et 42 L. verbis θρύπτεσθαι vel καλλωπίζεσθαι — pro ἀκολασία c. 11 L. ἀσέλγεια vel ἀσωτία — pro ἀναισθησία c. 22 L. βραδυτής vel ἀμβλυώττω aut ἀμβλύς utitur — pro ἄνεσις c. 1, quod voc. semel (Ver. hist. 1, 1) invenitur, L. ἀναπνοή, ἀνάπαυσις, ῥᾳστώνη — pro ἄσπασμα c. 53, v. poët., L. φιλοφροσύνη — pro ἀφιμαχία c. 10 L. ἔρις usurpat — βολή praeter Am. 3, 15, 46 de astr. 2 legitur, L. pro ὀμμάτων βολαί habet βλέμμα — βόλος c. 16[1]) poët. est, L. non habet — pro βρῖθος c. 41 βάρος vel ὁλκή — pro γαστριμαργία c. 42 L. ἀσωτία, τρυφή, ἡδυπαθεία — pro γῆθος et χαρά c. 9 L. ἡδονή habet aut verbis χαίρειν vel ἥδεσθαι utitur — pro γλουτός[2]) L. πυγαί — pro δαίδαλμα c. 13, v. poët, L. ἄγαλμα vel τέχνημα — pro δημιούργημα c. 19 L. πλάσμα vel ποίημα — pro διάπασμα c. 39 L. χρώματα vel φῦκος dicit — δόρξ c. 16, v. poët., apud L. non exstat — nec διαφθορά[3]) c. 42 nec φθορά c. 19 L. habet, utitur ὄλεθρος — pro διδασκαλία c. 48, quod voc. nisi in spuriis libris apud L. non exstat, is λόγοι φιλοσόφων vel μαθήματα dicit[4]) — pro διήγημα c. 1, 17, 37 L. διήγησις — pro δόκησις c. 15[5]) L. δόξα habet — δοχεῖον c. 19[6]) L. non habet — pro δέσις[7]) c. 15, 16, 34 L. δυσμαί — pro δωμάτιον[8]) c. 10, 34, 53 L. οἰκίσκος — pro εἰκασία c. 8 et 15 L. εἰκασμός dicit — ἐλατήρ c. 6, v. poët., L. non habet — pro ἐπίκρασις c. 19, v. poët., L. κρᾶσις — pro ἐπίτασις c. 16 L. ἔκτασις vel σπουδή — pro ἔσοπτρον, v. poët., c. 39, 44, 48 L. κάτοπτρον usurpat — pro εὐρυθμία, quod praeter Am. 14 sex locis librorum spuriorum invenitur[9]), L. τὸ σύμμετρον vel τὸ εὔρυθμον vel ἁρμονία dicit. — Ζάκορος c. 15, 16, 17 L. non habet — pro θεραπαινίς[10]) c. 39 L. θεράπαινα — pro θεσμός c. 19 et 22 L. νόμος vel δόγμα — pro θηλύτης c. 42 L. τὸ θῆλυ vel μαλακία, τρυφή, ἡδυπάθεια — pro ἱλαρία c. 17 L. εὐφροσύνη dicit; ne ἱλαρότης quidem, voc. attic., habet — ἵμερος c. 3, v. poët., L. non habet, nisi forte D. Deor. 20, 15 nom. propr. dei est — ἴουλος c. 10 et 26, v. poët., L. vitat, θρίξ (Philops. 7 αἱ τρίχες ἐκ τοῦ πώγωνος) dicit — pro ἱππαστής c. 46 L. ἱππεύς vel ἱππότης — pro ἰσχίον c. 14[11]) L. ὀσφύς[12]) — pro κοίλωμα c. 34, v. poët., L. τὸ κοῖλον — pro κόμψευμα c. 54 L. κομψεία habet vel adj. κομψός utitur — nec καταβολή c. 19 nec κλέος, v. poët., c. 5 L. habet — pro λαλιά c. 15 et proprie et translative L. φλυαρία dicit — pro λεκανίς c. 39 L. σκάφη habet — λῆξις c. 22 apud L. non exstat — pro μελῳδία[13]) c. 5 L. μέλος habet vel verbo μελῳδέω utitur — similiter pro μετουσία c. 30 μετεῖναι — pro νάκος[14]) c. 34 L. δέρμα (ἔμμαλλον) dicit — νιφάδες, v. poët., praeter c. 2 tantum Dem. enc. 5 translative et Bacch. 7 in versu Homeri legitur — pro νομοθεσία c. 22 L. νόμος vel τὰ νόμιμα — pro ξενών c. 8, v. poët., L. καταγώγιον — pro ὄκνος c. 31 L. φόβος habet — ὁμίλημα c. 25 — ὄρεξις[15]) c. 22 L. non habet, utitur pro hoc v. ἐπιθυμία vel πόθος — pro ὀρόδαμνος c. 31 L. κλών vel κλάδος habet — οὐλότης c. 40 apud L. non exstat — pro πέδιλον c. 41, v. poet., L. σάνδαλον, σανδάλιον, ὑπόδημα — pro περόνη c. 44 L. πόρπη — pro πλατάνιστος c. 12 et 31, v. poët., L. πλάτανος — pro πλεονέκτημα[16])

[1]) Quod Schmid I p. 324 βόλος "captura" interpretatur, ut apud Aeschyl. (Pers. 424) est, error esse videtur; "iactus retis" est. [2]) Etiam de salt. 35 est; Asin. 56 πρωκτός. [3]) Cyn. 8 et 10 legitur; cf. Bieler p. 14. [4]) de salt. 11, Dem. enc. 12, Macrob. 2. [5]) Var. lectio abdic. 4 est. [6]) δ. cum ἀγγεῖον coniunctum legitur; Somm. (adn. ad c. 19) pro adj. habere videtur, sed ita δοχαῖον exspectaveris; Jacob. et Dind. ἀγγεῖον ut glossam eliminant. [7]) de astr. 12 est. [8]) Asin. 13 et Paras. 55 invenitur. [9]) de salt. 8, 10, 25, 35, 72, Dem. enc. 32. [10]) Par. 26 tantum exstat, cf. Bieler de par. p. 12. [11]) Trag. 121 quoque est. [12]) κάρος c. 39 Somm. ed. L. II, 2 p. 165 glossam esse iudicans exterminat. [13]) Philop. 3 tantum legitur. [14]) d. d. Syr. 55 est; de salt. 43 δέρας exstat. [15]) Etiam Paras. 12 exstat. [16]) πλ., quod Gesner vertit "praero-

c. 31 L. λῆμμα dicit — et προμήτωρ c. 19, v. poët., et προκατάκλισις c. 31[1]) frustra apud L. quaeras — pro ῥοῖζος c. 6, v. poët., L. ῥοίζημα — pro σηκός c. 14, v. poët., L. ναός vel νεώς — pro σπῆλυγξ, v. poët., c. 34 L. σπήλαιον — pro σπίλος c. 15 et 16 L. κηλίς — pro στεφάνη c. 41, v. poët., L. στέφανος vel στέμμα — pro τέρμων c. 47, v. poët., L. ὅρος vel ἐσχατιά — pro ὑποτίμησις "excusatio" c. 5 L. πρόφασις habet. — φρόνησις c. 45 et 47 pariter ac φρόνιμος, quod adj. in Paras. et Cyn. legitur, a L. alienum est[2]) — χναῦς c. 10, v. poët., L. vitavit — χρώς c. 39 "color cutis vel faciei" est; huius v. casu dativo tantum L. cum praep. ἐν utitur, ut sit ἐν χρῷ[3]) "ad cutem", velut tondere; "cutis color" apud L. χρόα vel χροιά est — denique ψιθυρισμός c. 15, quod Gesner interpretatur "obscuri sermones", apud L. non invenitur.

b) de adiectivis.

Adiectiva quaedam in Am. occurrentia quod in L. scriptis desiderantur, aeque atque in subst. ad casum referre licere mihi persuadeo. Talia videntur esse ἀπρεπής c. 53, nam εὐπρεπής L. habet, ἄπταιστος c. 46, δίκροτος c. 6 et ἐγκύκλιος c. 45 ut artis vocabula, ἐμπορικός c. 3, ἐπίκτητος c. 38, nam ἐπικτᾶσθαι L. habet, κεραμευτικός c. 11, λιτός c. 34 et 44, voc. proprie de veste usurpatum[1]), ὑπέρλευκος c. 41, L. enim adj. cum praep. ὑπέρ compositis, ut qualitates modum excedentes significet, saepe multis utitur, quamquam tale adj., quod coloris notionem habeat, nullum inveni, ita ut ὑπερῆλιξ quoque c. 10, etsi alibi γέρων ἐς τὸ ἔσχατον, ὕστατον dicit (Herc. 1, Hermot. 9), L. usurpaturus fuisse videatur, denique φιλότιμος c. 1, nam adv. φιλοτιμότερον (Tim. 10) L. posuit. — Casu vero non videtur factum esse, quod haud pauca adj., quae in Am. inveniuntur, apud L. aut alia potestate usurpantur aut aliter iunguntur. Ut de illis prius dicam, ἄγραφος c. 44 est "non pictus", de imagine, apud L. (Tox. 23) est "non scriptus", de herede. — ἄρρητος c. 16 est "quod dici non potest"[5]), apud L. (Herm. 63) est "non dictus" — ἀστικός c. 12 est "urbem incolens", i. q. apud L. ἀστός, apud L. est "urbanus" — δημώδης c. 16 significat "quod populi est", apud L. (Zeux. 3) "vulgaris" — γυμναστικός c. 9 de homine dicitur, L. γ. ad artem refert; de hominibus dicit γυμναστής (Hist. conscr. 35) aut, de Helena, γυμνὰς καὶ παλαιστική — εἰκαῖος c. 33 est "fortuitus", apud L. (Iup. conf. 6) "vanus, inutilis"[6]) — νόθος[7]) c. 41 translative de pulchritudine, apud L. proprie tantum de hominibus dicitur — similiter μακάριος cum πρᾶγμα iungitur c. 51, cum L. nisi de personis eo adj. non utatur — παιδικός, quod septies in Am. (c. 9, 14, 23, 25, 27, 29, 31) legitur, usque "quod pueri vel puerorum est" significat, L. tantum τὰ παιδικά "is qui in deliciis est" habet — πλούσιας c. 41 ad κακά positum est, metuo ne apud L. frustra tale quid quaeras. — Quamquam c. 12 vis voc. πολιτικός[8]) non satis constat, tamen probabilis Gesneri interpretatio est "popularis", ut sit ὄχλος π. multitudo civium vel popularium extra urbem civitatem incolentium, cum ii, qui urbem incolant ἀστικοί dicantur; ea autem potestate L. voc. non utitur, sed est "ad rempublicam pertinens" velut σύνεσις πολιτική, πολιτικὸν ἀξίωμα. De formis adj. moneo pro ἑορταστικός c. 1

gativa", idem est atque Cyn. c. 15 κέρδος; πλεονεξία apud L. "avaritia" vel "aviditas" est, cf. Bieler de cyn. p. 16. [1]) Hoc loco auctori Am. locum Platonis (Phaedr. p. 230) obversatum esse, cum tamen memoria fretum verba laudavisse videri Gesner recte observavit ed. Bip. V p. 580, VIII p. 449. [2]) Bieler de paras. p. 15, de cyn. p. 17. [3]) Asin. 51 forma dativi est χροΐ. [4]) Idem exstat Asin 3. [5]) Eadem vi Epigr. 11, in libro suspecto, ponitur. [6]) Gesner vertit "tamquam frustra sit". [7]) De ἐπήκοος v. supra p. 12. [8]) Pro πολιτικός Cobet var. lect. χωριτικός scribere suadet, quae tamen mutatio textus audacior esse videtur.

L. ἑορτάσιμος — pro λυκιακός c. 7 λύκιος — pro νύκτερος[1]) c. 39 νυκτερινός — pro χειμέριος[2]) c. 46 χειμερινός — pro ὥριος, v. poët., c. 12 L. ὡραῖος habere.

Sed multo maior eorum in Am. adj. numerus est, quibus L. consulto abstinuisse videtur, quod poët. propria essent, opinor; quae adj. magnam partem composita sunt. Pro ἁγνός[3]) c. 48 et 51, v. poët., L. καθαρός dicit. — ἀέριος c. 22, v. poët., et αἰθέριος c. 12[4]) "usque ad caelum elatus" L. non habet — neque ἀμέλος c. 1, v. poët., neque ἄζυγος c. 44 neque ἀθαύμαστος[5]) c. 13 L. habet. — pro αἰφνίδιος c. 13[6]) L. adv. αὐτίκα, παραυτίκα, ἄφνω — pro ἄκακος c. 32 L. χρηστός, ἀκέραιος — pro ἀμοιβαῖος c. 30 et 48 L. ἐν μέρει — pro ἀνήκεστος c. 16 L. ἀμήχανος utitur. — ἄκαπνος c. 4, voc. poët., quod apposito φασίν aliunde decerptum esse demonstratur, — ἀκλινής[7]) c. 46, v. poët., — ἀμφίθυρος c. 13, v. poët., — ἀνίχνευτος c. 35 L. non habet, — ἀμφιλαφής ter in Am. (c. 12, 14, 53) legitur, apud L. rarum est (Rhet. praec. 22 translative, Apol. 8). — pro ἀνθοβαφής c. 41 L. ἄνθινος, ἀνθηρός — pro ἀντίμορφος c. 44 L. μεμιμημένος (Prom. 3) — pro ἄπαυστος c. 2 L. ἄληκτος habet. — ἀντιπαθής c. 27[8]) — ἄπληξ c. 54 — ἀπόδημος c. 6, v. poët., — ἄσπερμος c. 35, v. poët., — ἀταμίευτος c. 54 (L. verbo ἀφειδέω utitur) — βιωφελής c. 51 — βουφάγος c. 4, v. poët., L. non habet[9]). — Pro ἀσελγής c. 28 L. ἀκόλαστος vel ἄσωτος — pro ἄχραντος[10]) c. 22 L. καθαρὸς καὶ ἀκήρατος (Herm. 7) — pro δαψιλής c. 12 et 26 L. ἄφθονος, εὐθαλής — pro δημοτελής c. 39 L. δημόσιος vel κοινός — pro διηνεκής[11]), quod quater in Am. (c. 1, 25, 46, 50) legitur, L. μακρός vel συνεχής — pro διαφεγγής c. 26 L. διαυγής usurpat. — διάστερος c. 41 "stellis sparsus" apud L. non invenitur; ad similitudinem verborum, quae sunt patr. enc. 10 (λειμῶσι φυτοῖς διειλημμένος), hic dicturus fuisse videtur λίθοις καθάπερ ἄστροις διειλημμένος. — Pro δυσκληδόνιστος c. 39 L. δύσφημος, δυσοιώνιστος, ἀπαίσιος dicit. — L. non habet δύσμορφος c. 15, v. poët., — ἐπώμιος c. 44 — εὐάγκαλος c. 25, v. poët., — εὔμουσος[12]) c. 53. — Pro ἐλλιπής[13]) c. 14 L. ἐνδεής vel καταδεής — pro ἐπινότιος c. 26, v. poët., L. κατὰ νότον vel ἐπὶ τοῦ νότου — pro ἐτήσιος c. 4 L. ἐνιαύσιος, κατ' ἔτος ἕκαστον, ἑκάστου ἔτους — pro εὐμελής c. 44 L. εὔφωνος — pro εὐσταθής[14]) c. 43 L. κόσμιος vel σπουδαῖος — pro ἔφαλος[15]) c. 7, v. poët., L. παράλιος — pro ἤπιος c. 37, v. poët., L. ἥμερος, πρᾶος, ἐπιεικής, προσηνής — pro θυμήρης[16]) c. 43 et 53 L. κεχαρισμένος — pro λάθριος c. 53, v. poët., L. adv. λάθρα vel adj. λαθρίδιος, quod ipsum poët. est — pro λεπτοϋφής c. 41 L. λεπτός, μαλακός habet. — Adj. ἡλιάς c. 7, etsi voc. illud poët. Alex. 34 in carmine legitur — ἱεροπρεπής c. 37 — μεσίτης c. 47, fem. μεσῖτις c. 27 et 54[18]) — ὀρικός c. 6 (L. subst. ἡμίονος utitur) — παλιμφυής c. 2, v. poët., — πάννυχος c. 17, v. poët., — πολύπτυχος c. 44, quod v. poët. Lexiph. 3 ut insolitum vituperatur — πρωτόρριζος c. 19 — πρωτοσπόρος c. 32, v. poët., — πρωτόχνους c. 53[19]) — πυκνόκαρπος c. 12 — σμηκτικός c. 39[20]) —

[1]) Etiam Tragod. 51 exstat. [2]) Nihil refert, quod Bacch. 7 χειμέριος legitur, verba enim Homeri sunt. [3]) Etiam Plato (ἁγνὸς φόνου) et Demosthenes (ἀπό τινος) habent. [4]) Legitur etiam Philop. 4, ubi "caelestis" est. [5]) ἀθ. hic est "quod admirationi non est", apud Sophoclem "qui non miratur" est. [6]) Etiam Paras. 40 invenitur; Dial. Mort. 7, 2 subst. est. [7]) Etiam Dem. enc. 33 exstat. [8]) ἀντιπαθής hic "mutuus" est, alioquin "obluctans". [9]) ἄϋπνος c. 5 ex Homero citatur. [10]) Nec χραίνω L. habet. [11]) Semel etiam Ver. Hist. 1, 19 legitur. [12]) εὐμουσία tantum de salt. 25 exstat. [13]) Etiam Macrob. 22 invenitur. [14]) Etiam de astr. 6 var. lect. est. Gesner vertit: "bene sibi constans". [15]) Ner. 1 ἐπιθαλάττιος exstat. [16]) Etiam Trag. v. 244 invenitur. [17]) ἱ. θέαμα tantum Sacrif. 13 exstat. [18]) Gesner vertit "pararius". [19]) Fortasse verba poëtae laudantur. [20]) Neque verbum σμᾶν praeter Lexiph. 3 apud L. exstat.

σύγκληρος c. 24, v. poët., — φίλεχθρος c. 12, v. poët., — φιλόνεος c. 24 — φιλόπαις c. 4 L. non habet. — Pro μητροκτόνος c. 47 et 50, v. poët., L. μητραλοίας — pro ὄλβιος c. 48, v. poët., L. μάκαρ, μακάριος, εὐδαίμων, εὐτυχής — pro παλίνσκιος c. 12 et 18, v. poët., L. σκιερός vel σύσκιος — pro πελάγιος c. 16 L. θαλάττιος — pro πηρός, quod c. 46 translative ad λογισμοί pertinet, L. proprie πεπηρωμένος, χωλός, σαθρός — pro πρόωρος c. 21 L. ἄωρος vel adv. ἀωρί. — pro πρώιος c. 39, v. poët., L. ἑώθινος [1]) — pro σεβάσμιος [2]) c. 19 L. σεμνός — pro σύγκρατος, v. poët., c. 12 L. συμμιγής vel σύμμικτος — pro σύμμορφος c. 39, v. poët., L. ὅμοιος — pro χρεῖος c. 42, v. poët., L. ἐνδεής utitur. — Στεγνός c. 44, quod Sommerbrodt ex conj. posuit, apud L. non invenitur, legitur tantum Dem. enc. 47 [3]) — περίσφυρος c. 41, v. poët., a L. alienum est; ceterum quid illo loco verba τὰ περίσφυρα σκέλη sibi velint, me non intellegere fateor [4]).

c) de adverbiis.

Adv. quoque nonnullis auctor Am. utitur, quae apud L. desiderantur; atque priore loco ea enumeremus, quae neque ab adj. neque a partic. derivata sunt. Pro ἀμοχθεί c. 7, v. poët., L. ἀπονητί vel ἀκονιτί — pro ἀπαρτικρύ, quod adv. quinquies in Am. (c. 5, 8, 15, 46, 53) occurrit, L. usque καταντικρύ, quod in Am. bis (c. 5 et 54) invenitur, usurpat — pro ἀρχῆθεν c. 3 L. ἀπ' ἀρχῆς, ἐξ ἀρχῆς, ἐν ἀρχῇ, κατ' ἀρχάς, ἀρχήν dicit — διακριδόν c. 3, v. poët., L. non habet [5]); de eadem re Tox. 30 ita agit, ut διαστείλας τὴν κόμην dicat — ἔνθεν c. 5 semel apud L. Electr. 4, si modo is libellus L. est, ita invenitur, ut ἔνθεν καὶ ἔνθεν "hinc et illinc" copulatum sit; voc. simplex L. non habet, "hinc" Pseudol. 8 ἐνθένδε est — pro παραυτά c. 33 [6]), v. poët., L. παραυτίκα habet — πέριξ c. 12 tantum de dea Syr. 49 exstat — περιπλέγδην, v. poët., c. 12 L. non habet, cum verbo περιπλέκειν saepius utatur. Ad hunc locum addendum esse videtur, quod (c. 9) pro ἅλις ἔχοντι c. gen. L. ἅλις ἐστί c. gen. et pro πέρας, quod c. 16 pro adv. ponitur, τέλος L. dicere solet.

Altero loco de iis adv. agendum est, quae ab adj. aut a partic. derivata sunt. Quo in numero quaedam sunt, quorum ne adj. quidem apud L. leguntur: ἀμοιβαίως c. 9 — ἀπρεπῶς c. 19 — ἐνθεαστικῶς c. 14 (L. partic. ἐνθεάζων, ἐνθεαζόμενος, ἐνθουσιῶν vel adj. ἔνθεος utitur) — εὐνοικῶς c. 46 (pro εὐν. ἔχειν L. εὔνοιαν ἔχειν dicit) — ἰσορρόπως c. 4 vi propria [7]) "momentis aequalibus" — παιδικῶς c. 17 vi obscena — παρημελημένως c. 50 — προηγουμένως c. 9 "ducis instar, praecipue", cum L. διαφερόντως vel οὐχ ἥκιστα habeat. Maior autem est numerus eorum in Am. adv., quorum adj. vel partic. apud L. occurrunt, cum adv. desiderentur. Hic quoque quod quaedam adv. non exstant, casui cuidam videtur deberi, velut ἀλέπως c. 46 — εὐπρεπῶς [8]) c. 21 — ἱλαρῶς c. 4 — πιθανῶς c. 17 — σοβαρῶς c. 40 et 52 — σωφρόνως [9]) c. 49 — ταχερῶς c. 3 — ὑγρῶς c. 53, quamquam pro certo nihil in hac re ponere licet; plura vero L. consulto evitaverit. L., ut exprimat, quod adv. ἀγαπητῶς c. 33 designatur, verbo ἀγαπᾶν uti solet — pro ἀθρόως c. 14 "repente" L. αὐτίκα, αὐτίκα μάλα, τὸ παραυτίκα — pro ἀμόρφως c. 41, quamquam adj. frequenter utitur, L. αἴσχιστα vel adj. ἀσχήμων habet — pro ἀνιαρῶς c. 6 ἀνιᾶ-

[1]) ἑῷος Char. 5 "orientalis" est. [2]) Etiam Tragod. v. 214 legitur. [3]) στερρός L. saepius habet. [4]) Fortasse verba ita transponenda sunt, ut περίσφυρα τὰ σκέλη vel τὰ σκ. π. legatur, ut περ. ad πεπεδῆσθαι trahendum sit. [5]) Etiam Epigr. 1 v. 3 legitur, ubi tamen a quibusdam διάκρατον scribitur. [6]) Quidam codd. παραυτίκα exhibent. [7]) L. Ver. Hist. 1, 12 translative utitur ἀντίπαλος. [8]) Quidam codd. habent εὐπρεποῦς. [9]) Legitur etiam de salt. 84.

σθαι c. partic. (Tim. 45, Nec. 12, Char. 17) uti solet — pro ἀσμένως c. 31 et 48 L. adj. ἄσμενος vel πρόθυμος aut adv. ἡδέως utitur — διηνεκῶς [1]) c. 15 L. non posuit — pro δυνατῶς c. 52, quod est "potenter" [2]), L. ἐρρωμένως vel καρτερῶς dicit — καιρίως c. 32 "opportune" est, adj. καίριος apud L. "capitalis" est (τραῦμα Imag. 1, πληγή Nigr. 35, τὰ καιριώτατα Musc. enc. 5), "opportune" apud L. est ἐπὶ καιροῦ, ἐν καιρῷ, πρὸς vel κατὰ καιρόν — pro λεληθότως c. 13 et 34 L. λάθρα dicit vel verbo λανθάνω utitur — pro νεανικῶς c. 50 L. νεαρῶς aut verba νεανιεύεσθαι vel μειρακιεύεσθαι ponit — pro ὄντως, quod sexies in Am. legitur (c. 8, 11, 12, 37, 41, 43) L. τῷ ὄντι, ἀληθῶς, ὡς ἀληθῶς uti solet; ὄντως singularibus locis, velut de imag. 23, exstat. — πανούργως c. 20 L. non habet, utitur subst. δόλος aut verbo ἐπιβουλεύειν — pro περιττῶς c. 19 L. ἐκ περιττοῦ — pro σπανίως c. 12 et 28 L. σπανιάκις — pro συνήθως c. 16 "pro more" L. κατὰ τὸ ἔθος vel εἰς ἔθος — pro φιλαύτως c. 27 L. adj. τὸ (ἄγαν) φίλαυτον (Epist. Sat. 24) ponit. — Adv. τελέως, quod c. 35 cum ἄσπερμον iungendum est, Bieler [3]) observavit L. ad adj. vel adv. non adiunxisse, ut eorum potestatem augeret atque cumularet, sed cum verbis dumtaxat iunxisse, ut in Am. quoque (c. 53) τελείως vim verbi φαῦσαι auget. Ut illud efficeret, posuisse L. aut neutr. adj. τέλεον aut adv. παντελῶς, ἀτεχνῶς, ἀκριβῶς, πάνυ, δεινῶς, κομιδῇ. — Denique pro οὐδ' (μηδ') ἀκαρῆ "ne minimum quidem", quod bis in Am., c. 10 et 26, legitur et pro adv. est, L. οὐδ' ὁπωστιοῦν dicit [4]). — ἐχομένως, quod Sommerbr. ad c. 39 pro ἐχομένου scribere suadet, apud L. non inveni; si auctor Am. vere eo usus est, hoc quoque pro argumento contra originem Lucianeam libri habeam.

d) de verbis.

1. Haud pauca verba ab auctore Am. alia potestate atque a L. usurpantur; quae primum enumeranda sunt: ἀμείβω c. 7 est "praetervehor", Anach. 18, quo uno L. loco invenitur, "muto" — ἀπολαμβάνω c. 31 "relinquo" est, apud L. usque "accipio" — ἀποτείνομαι c. 17 "contendo" [5]) est; L. med. non habet, act. est "extendo" (ῥῆσιν, λόγους) — ἀσκέω c. 3 ad κόμη adiungitur (κ. ἠσκημένη), L. ἀσκεῖν ad homines tantum refert, velut ἄνθρωπος λίθοις ἠσκημένος. — βασανίζω c. 3 translative intellegitur "vexare", qui usus a L. ipso (Soloec. 6) vituperatur [6]) — βουκολέω c. 2 et 38 similiter transl. ponitur, ut sit "ludo, demulceo"; apud L. proprie est "pasco" [7]) — γεραίρω c. 4 sc. ἑορτήν est "sermone honoro", apud L. "veneror" (θεούς Iup. conf. 11) est — διαβοάω c. 17 est "clamore interpello", apud L. [8]) "proclamo" aut "celebro" aut "infamo". — διαγιγνώσκω c. 9 "constituo", apud L. [9]) "distinguo" est — εὐφημέω c. 31 "celebro" [10]) est, apud L. usque "faveo linguae" — λαγχάνω c. 22 et 37 "particeps fio" est, apud L. "sorte nanciscor" [11]) — λαμβάνομαι c. 17 "nanciscor" est, apud L. "apprehendo" vel transl. "sequor", nostrum "sich an etwas halten". — νομίζω c. 36 "decerno, constituo" est, apud L. "credo" vel med. "in usu est" — παρέλκω c. 21, 25, 54 intrans. "protrahor, moror" est, L. cum v. ἕλκω acc. obj. iungit — παροικέω c. 49 transl. idem est ac πάρειμι [12]), L. vi propria usurpat (D. Mort. 2, Cat. 16) — πιέζω c. 53 "premo", apud L. "vexo, torqueo" est; potestatem premendi apud L. θλίβω (D. Mar. 5)

[1]) Vid. de adj. supra p. 23. [2]) aliam vim habet ἐν δυνατῷ, de quo vid. supra p. 16. [3]) de cyn. p. 16. [4]) De ἐν ἀκαρεῖ cf. Sommerbr. adn. ad Char. c. 14, Ausgew. Schriften d. L. I p. 33. [5]) Gesner vertit: "contendite pro sententia". [6]) cf. Reitzii adn. ad Sol.: "Atticis est explorare, quaestioni subicere, non morbo vexare". [7]) Etiam Ocyp. 8 transl. usurpatur, qui liber L. non est. Am 5, loco ex Odyssea decerpto, "pasco" est. [8]) Nec. 6, Tox. 17, Peregr. 10. [9]) Tim. 24, Dial. D. 26, 1. [10]) Ita tantum Philop. 9. [11]) Bieler, de cyn. p. 15. [12]) Gesner: "in animo habitare".

habet — ποιμαίνω c. 6, 36, 54 ter transl. positum est, L. proprie (D. Mort. 1, 2) utitur. — προκόπτω c. 21 et 31 transl. "proficio" est, quem usum L. ipse Soloec. 7[1] vituperat — προμνάομαι c. 51 transl. ad res refertur, cum L. illo v. proprie ita, ut ad homines referat, utatur[2]). — προσήκω c. 23 "advento" est, apud L. "propinquum, aptum esse, decere" — σαίρω c. 13 (σεσηρότι γέλωτι) est "rictu hiascente", apud L. "verro" est. — τηρέω c. 49 "servo", apud L. "observo" est.

2. Quorundam verb. compos. formis auctor Am. aliis atque L. in simplicibus utitur: L. v. πέτομαι utitur, Am. c. 6 διαπτάμην est. Soloec. 7 L. ipse ἵπτασθαι pro πέτεσθαι vituperat[4]). — Apud L. forma v. simpl. αὐξάνω est, Am. 33 comp. συναύξω legitur, quod poët. est. — L. v. simpl. οἰδέω (Bis acc. 11) utitur, Am. 53 ἐπεξοιδάω habent[5]).

3. Quaedam verba trans. ab auct. Am. aut absolute ponuntur aut aliter iunguntur, atque L. iungere solet. Absolute posita sunt ἀπολαύω c. 27 et ἐμπιστεύω c. 14, cum L. illud c. acc. aut gen. obj. iungere, huic acc. rel. (Demon. 51 ἀρχήν) adiungere soleat. — ἐπινήφω[6]) c. 45 de mensa dicitur, L. simpl. νήφω ad personas tantum refert — ἐντυχέω[7]) c. 36 cum inf. iunctum est (λαβεῖν ηὐτυχηκότα) L. εὐτυχέω cum praep. ἐπί vel ἐν aut c. acc. rel. iungit[8]). — μέλω c. 45 v. personale est, apud L. aut impersonale aut, cum personale est, subj. neutr. plur. habet[9]). Ad hunc locum addendum videtur, quod in Am. quaedam v. cum iis nominibus iuncta sunt, quibuscum L. ea coniuncturum fuisse negem. Ὁδοὺς ἀνοίξαντα c. 27 a L. alienum esse videtur, cum is dicat ὁδὸν τέμνεσθαι (pro imag. 24)[10]) — ἀπορρηγνύναι φωνήν ter in Am. (c. 31, 43, 54) legitur, apud L. nihil tale inveni. — Pro κλήρῳ διακρίνειν c. 9 L. simpliciter κληροῦν habet.

4. Multa autem verba et simpl. et comp. in Am. occurrunt, quae apud L. non leguntur. Etiam hoc loco aliquas partes esse casus nemo negabit, qui quidem reputaverit commemorari in Am. quasdam res fusius, quarum L. aut omnino mentionem fecerit nullam aut leviter ea strinxerit; sed quam late casus pateat, vix est quod dicas. Velim certe casui tribuere, quod haecce v. apud L. non exstant: ἀγωνοθετέω[11]) c. 5, ἀγωνοθέτης enim L. habet — ἀκροθινιάζω c. 24 — ἀνθεστιάω c. 9, similiter enim comp. L. habet multa (ἀντιδεξιάομαι, ἀντιδίδωμι, ἀνθυβρίζω, ἀντιλοιδορέομαι) — βρύω[12]) c. 12, v. poët. — διακελεύομαι c. 18 — διαπλέκω c. 40; quamquam enim simpl. πλέκω desideratur, alia tamen comp. ut περιπλέκω saepius apud L. occurrunt — ἐντρέφω c. 48 — θησαυρίζω c. 39, nam L. ἀποθησαυρίζω habet — κύπτω c. 44, L. enim προκύπτω et παρακύπτω habet — πετάννυμι c. 32, L. enim ἀναπετάννυμι habet — προπίπτω c. 41 — συνεκτρέφω c. 32, L. enim et ἐκτρέφω et συντρέφω habet — συνέξειμι c. 46 — συννοσέω c. 46 — συρράπτω c. 44, voc. propr., quamquam ῥάπτω quoque apud L. desideratur — σχίζω c. 6. Fortasse de nonnullis v. compositis, quorum simplicia apud L. exstant, quae infra enumerabimus, idem iudicandum est.

5. Haec simplicia L. consulto evitasse videtur: Pro ἀγρεύω c. 5 L. καθαιρέω[13]) — pro

1) προκόπτει τινὸς εἰπόντος ἐν τοῖς μαθήμασιν, ὁ δὲ Πλάτων ἐπιδιδόναι καλεῖ. Quamquam L. ipse (Hermot. 63) illa proficiendi vi verbum posuit. 2) Herod. 6. 3) Hac vi Philop. 26 invenitur. 4) Aor. διέπτην Dial. Mar. 9, 4 legitur. 5) Apud L. v. simpl. forma βρύχομαι tradita est, eam tamen Hemsterhusius (D. Mar. 1, 4) in βρυχάομαι correxit; Am. 6 ὑποβρυχωμένον legitur. 6) v. supra p. 13. 7) de med. v. supra p. 15. 8) de κριθεὶς εἰς v. p. 17. 9) D. Deor. 8, 1; de loco Paras. 11 (μέλει τὸ ἡδύ) cf. Bieler p. 17. 10) Etiam Am. 20 ξενὰς ὁδοὺς ἔτεμνεν exstat. 11) Etiam Epigr. 21 legitur, quod Lucilli est. 12) Tragodop. v. 117 legitur. 13) Hoc etiam Am. 22 exstat.

ἀνδρόομαι[1]) c. 32 et 48 et ἀρρενόομαι c. 19 L. ἀνδρίζομαι[2]) — pro ἀσμενίζω c. 4 et 27 L. ἀρκεῖσθαι vel ἀγαπᾶν — pro γέμω c. 42, v. poët., L. μεστὸν vel πλέων εἶναι vel ἐμπίπλασθαι — pro ἐλαττόω c. 35 L. ταπεινόω vel ἀτιμάζω — pro ἐρεθίζω, quod quater in Am. (c. 2, 16, 22, 37) exstat, L. παροξύνω — pro ἐρυθαίνω c. 40 et 41, v. poët., quod vim transitivam habet, L. φοινίσσω — pro κυκλοῦν σκέψιν c. 18 L. σκέψιν ποιεῖσθαι — pro ὁρίζω c. 45 "finem facio" L. τέλος ἐπιτίθημι, ἐπάγω dicit. — Nec ὀφρυόομαι c. 2 nec comp. κατοφρυόομαι c. 53 L. habet, τὰς ὀφρῦς ἐπαίρειν vel ἀνατείνειν dicit — pro v. simp. ὀχλέω c. 27 L. comp. ἐνοχλέω utitur[3]) — παθαίνομαι c. 29 L. non habet — pro πασχητιάω c. 26 L. ἀσελγαίνω aut adj. μάχλος utitur — πληρόω c. 22 raro L., saepius ἐμπίπλημι usurpat — ποικίλλω (variego), v. poët., c. 34 tantum legitur, L. adj. ποικίλος utitur — πορφύρω[4]) c. 26, v. poët., L. non habet — pro πυκάζω c. 10 et 26, v. poët., L. adj. δασύς aut adv. δασέως aut v. ἐμπίπλημι[5]) utitur — pro πυκνόω c. 45 "denseo, firmo" L. κρατύνω (Anach. 27) usurpat — nec ῥοιζέω c. 22, v. poët., nec σφριγάω (c. 12 et 53) nec ταλαντεύομαι c. 4 L. habet; dicit (Dial. Mort. 11, 1) τὰ τάλαντα ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦτον, νῦν δ' ἐπ' ἐκεῖνον ἔρρεπε[6]) — pro τοπάζω c. 15 L. εἰκάζω, ὑποπτεύω, δοξάζω, τεκμαίρομαι, ὑπολαμβάνω dicit — φαιδρύνω[7]) c. 39 L. non habet — pro φυγαδεύω c. 32 et 38[8]) L. ἐκβάλλω vel ἐξελαύνω — pro v. simpl. χαράσσω c. 16 et 47 L. comp. ἐγχαράσσω vel ἐγγράφω utitur[9]) — ὡραΐζομαι c. 38 et comp. ἐνωραΐζομαι c. 9 a L. absunt, pro eo καλλωπίζομαι utitur.

6. Ad v. simpl. nonnulla v. composita a L. vitata adiungo. Pro ἀστοχέω c. 22 L. ἀποτυγχάνω — pro ἑστιαρχέω c. 10 L. ἑστιάω — pro εὐβολέω c. 16[10]) L. (Sat. 4) τῷ ἀστραγάλῳ κρατεῖν — pro εὐκαιρέω c. 33 L. subst. καιρός — pro εὐλογέω[11]) c. 22 L. εὐδοκιμέω vel εὐδαιμονίζομαι — pro εὐσχολέω c. 33 L. σχολάζω τινί vel ἐπί τινι aut σχολή ἐστι — pro κατηφέω c. 16 L. ἀθυμεῖν, καταπλαγῆναι, καταπεπλῆχθαι — pro ξενοδοχέω c. 47 L. ὑποδέχομαι, ξενίζω — pro παρηγορέομαι c. 52 L. παραμυθέομαι — pro πομποστολέω c. 11 L. προπέμπω vel παραπέμπω — pro συνηγορέω c. 30 et 52 L. συναγορεύω (Dial. Mer. 3, 2) usurpat. Praeterea nec νεωκορέω c. 48 nec πολοδαμνέω c. 45, v. poët., quae verba ab auctore Am. translative usurpata sunt, L. habet. Neque ταχυναυτέω c. 6 apud L. invenitur.

7. Magnus est numerus in Am. verborum cum praep. compositorum, quae L. non habet, cum tamen simplicibus utatur: quo, licet quaedam ad casum referenda sint, in universum certe apparere existimo Am. auctorem nimio studio compositis utendi ductum esse, ut colore quodam poët. orationem infucaret, L. autem, cum mallet simpliciore dicendi genere uti, consulto plerisque abstinuisse et pro iis simpl. usum esse. Haec sunt: ἀνατρίβω c. 19 — ἀνθοπλίζω c. 29 et 30 — ἀνταποδίδωμι c. 48, cum L. ἀντιδίδωμι habeat — ἀντικαταλλάττομαι c. 11 et 20 — ἀντιμετρέω c. 19 — ἀντιπαρέχω c. 27 — ἀποζεύγνυμι c. 12 (apud L. διαιρεῖν, ἀποκρίνειν, χωρίζειν) —

1) Ut ἀνδρόομαι ita ἀπανδρόομαι quoque, v. poët., a L. abest. 2) cf. Schmid I p. 390. 3) pro ἂν ὀχλήσειας Cob. ἀνοχλησίας coniecit, quod duorum praeterea codd. lectionibus fultum Sommerbr. recepit. Satis habeo monere neque ἀνοχλησίαν neque ἀοχλησίαν, quae altera forma subst. est, apud L. inveniri. Verba ὥς φασιν apposita insuper docent, sive hoc sive illud legis, proverbii instar esse; ὀχλήσειας praeterea var. lect. est Dial. Mer. 4, 2. 4) Proprie est "versicolorem esse", Gesner vertit "pulchrum florere". 5) Alex. 6. 6) Quod in indice (Jacob. IV p. 694) iudic. voc. 2 laudatur, erratum est, exstat in scholiis ad illum locum iud. voc. 7) Exstat Halc. 7. 8) Macrob. 8 legitur. 9) χρήζω c. 47, quod v. a L. alienum est (cf. Bieler de par. p. 15) auctori Am. assignandum non est, nom locus poëtae cuiusdam citatur. 10) Hesych.: εὐκολεῖν, ἄπερ νῦν εὐβολεῖν; pro εὐκολεῖν, quod non intellegitur, Gronovius et Toup. Em. vol. I p. 406 εὐκυβεῖν scribunt. 11) Subst. εὐλογία Lexiph. 1 ut vox insolita eluditur; itaque εὐλογέω quoque L. consulto fugisse existimaverim.

ἀποθαυμάζω c. 13 — ἀποπάλλω c. 45 — ἀπονοέομαι c. 16[1]) (L. utitur ἀπογιγνώσκω) — ἀποσχεδιάζω c. 50 — ἀφηγέομαι[2]) c. 8 (L. utitur διηγέομαι) — ἀφηδύνω c. 3 — ἀφυλακτέω c. 17 — διαζεύγνυμαι c. 6 (L. ἀπαλλάττεσθαι vel ἀπιέναι) — διαπεραίνω c. 15 (Lexiph. 1 διαπεραίνομαι τὸν λόγον vituperari videtur) — διαπεττεύω c. 16 — διαστέλλω c. 53 (Char. 21 διανοίγειν τὰ ὦτα L. dicit) — διοχλέω c. 17 et 50 (L. ἐνοχλέω) — ἐγκεράννυμι c. 19 et 32 (L. ἐμποιεῖν) — ἐγκονίομαι c. 45 — ἐκκαλέομαι ter c. 1, 22, 53, ubique translative — ἐκκενόω c. 21 (L. ἐκτέμνω) — ἐκνέμομαι c. 25 — ἐκφοιτάω c. 9 et 49 (L. διαφοιτάω vel διαδίδομαι) — ἐνεστιάομαι c. 12 — ἐντρέχω c. 24 (L. pro ἔρως ἐντρέχει: ἔρως γίγνεται, ἔσχε τινά, ἔρωτι ἁλῶναι, ἐρωτά τινι ἐπιτείνειν vel simpl. ἐρᾶν) — ἐπεξευρίσκω c. 35 (L. ἐξευρίσκω habet) — ἐπηρεμέω c. 45 (L. ἀναπαύομαι) — ἐπιδέομαι c. 33 (L. προσδεῖ) — ἐπιμίγνυμι c. 22 — ἐπισαλεύομαι c. 40 — ἐπιστίλβω c. 26 — ἐπισφίγγω c. 41 — ἐπιφοινίσσω c. 41 — ἐπιχώννυμι c. 46 (L. χώννυμι τάφον ἐπί τινι Deor. conc. 18, Dial. Mort. 10, 6) — ἐπορέγομαι c. 22 — καθείμαρται c. 19 — κατακρίνω c. 40, praeterea ter κατάκριτος c. gen. "obnoxius" c. 23, 36, 52 (L. κρίνω vel καταδικάζω) — καταπομπεύω c. 36 transl. "insulto" (L. μεγαλαυχέομαι, κομπάζω) — κατευφραίνω c. 1[4]) — μεθαρμόζομαι c. 4[5]), transl. positum. — μεταλαγχάνω c. 12, v. poët., (L. μεταλαμβάνω vel μετέχω) — παρείκω c. 53 "concedenti se accommodare" — παρεισρέω c. 16 (L. παρεισέρχομαι, παρεισπίπτω, παρεισδέομαι; vi propria εἰσρέω) — παροικίζω c. 6 (L. παροικέω, προσοικέω) — περισφίγγω c. 41 — προσκληρόω c. 3 (L. συνίστημι) — προσορμίζω (L. simpl. ὁρμίζω vel καταίρω) — προσπνέω c. 12 (L. ἐπιπνέω, περιπνέω) — προσρέω c. 8 transl. de hominibus usurpatum — προσστέλλω c. 6 et 14, v. poët., — συνακμάζω c. 35 — ὑπεραίρω c. 54[6]) — ὑπερθέω c. 7, v. poët., — ὑπερκηλέω c. 1[7]) — ὑποζυγόομαι c. 28 (L. ὑποδέω et saepius ὑποδέομαι) — ὑποφύομαι c. 26, quod v., cum alioquin "succresco" significet, hoc loco necesse est "adolescere, pubescere" sit, quod apud L. ἀναφύομαι est. — Denique ἀποικεῖν "procul habitare" c. 54 coniectura verisimillima pro ἀποικεῖν scribitur; L. ἀποικεῖν non habet, ponit pro eo ἀπεῖναι.

8. Satis multa v. comp. in Am. leguntur, quorum ne simplicia quidem L. usurpat. Quae hoc postremo de verbis loco enumerentur: Pro ἀνανεόομαι c. 8, v. poët., "in memoriam revoco", L. ἀνα- vel ὑπομιμνήσκομαι — pro ἀνυγραίνω c. 3 et 14 L. νοτίζομαι[8]) — pro ἀποσταλάζω c. 45 L. ἀποστάζω — pro διαθρέω, v. poët., c. 13[9]) διασκοπέομαι vel διοράω utitur; — διαμαγεύω c. 41 et ἐνευσχολέω c. 35[10]) a L. aliena sunt — pro ἐκνεάζω c. 33 L. ἐκφύομαι vel ἀναφύομαι (Anach. 35 bis) — pro ἐναθλέω c. 45 L. ἐγγυμνάζομαι — pro ἐνσφραγίζω[11]), v. poët., c. 5 et 14, L. proprie ἐγχαράττω, transl. ἐντίθημι vel ἐντήκω — pro ἐπιδράττομαι[12]) c. 53 L. ἐπι- vel ἀντιλαμβάνομαι — pro ἐπιθόρνυμαι c. 22 L. ὀχεύω — pro ἐπιξενόομαι c. 7 L. ἐπιδημέω — pro ἐφελκύομαι c. 16 et 40 L. ἐπισπάομαι vel ἐπικλείομαι — pro καθαναίνω c. 12, v. poët., L. ξηραίνω — pro καταφαρμακεύω[13]) c. 39 L. ἀλείφω vel χρίω (ἐπι — κατα — περιχρίω) — pro καταψήχω, v. poët., c. 44 L. εὐθετίζω (τὰς κόμας) — pro κατοπτεύω c. 8 et 14 L. καθοράω, θεωρέω, ἐπισκοπέω[14]) — pro παρεμποδίζω c. 15

---

[1]) Etiam Asin. 23 est. [2]) Etiam de astrol. 10 est. [3]) Etiam Philop. 14 est. [4]) cf. Joost, de Luc. philhomero p. 14 adn. 21. [5]) Med. etiam Dem. enc. 46 est; activ. Nigrin. 12 legitur. [6]) Etiam Nero 9 legitur. [7]) cf. Joost l. l. [8]) De ἀπανθρόομαι v. p. 27 adn. 1. [9]) Simpl. ἀθρέω bis in Paras. 12 et 41 legitur; cf. Bieler de par. p. 13. [10]) Gesner vertit: "otium nancisci", Passow "otium insumere in". [11]) de ἐνσφραγίζομαι v. supra p. 27. [12]) Simpl. δράττομαι tantum Asin. 25 legitur. [13]) καταφαρμακεύω apud Platonem (Phaedr. 20) "fascino", apud Plutarchum (Dio 3) "veneno interimo" est; hoc loco Am. est "inficio". [14]) De κατορρυόομαι v. supra p. 27.

L. ἐμποδὼν ἵσταμαι — pro προσεγγίζω[1]) c. 53 L. προσαρμόζω vel προσάγω usurpat. — Non habet L. ἐπικυρτόομαι, v. poët., c. 14[2]) — non συγκαταινέω c. 18[3]) — non συνδιημερεύω c. 4 et 53 (L. διάγω). — Pro συνορόφόω c. 12 denique L. σκιάζω vel ἐπισκιάζω, translative ἐπηλυγάζω utitur.

C. De quibusdam stili proprietatibus.

Quamquam spero ex iis, quae adhuc disputata sunt, satis elucere Am. a L. scriptos non esse, tamen etiam melius id intellegetur, si et de quibusdam generis scribendi proprietatibus et de ornatu orationis, qui est in Am., paucis egero. Sunt sane in hoc quoque genere, quibus similitudo quaedam cum L. contineri videatur. Velut illa verborum structura, qua adiectiva a nominibus seiuncta cum verbis ita iunguntur, ut pars sint praedicati (praedicative Stellung), apud L. usitatissima[4]) etiam ab auctore Am. aliquoties usurpata est; collegi haec exempla: c. 3 ἱλαραὶ αἱ βολαί — c. 6 ἀθρόας τὰς ὀθόνας — c. 8 πρέπον ἔχουσα τὸ κάλλος — c. 12 ταῖς κόμαις εὐθαλέσιν — ἀθρόος ὁ ὄχλος — c. 13 λιπαροῖς τοῖς χείλεσιν — c. 19 βραχὺς χρόνος ὁ τοῦ ζῆν — c. 36 ὑπεσταλμένῳ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ — c. 37 γυμνῷ τῷ λόγῳ — ὅμοια τὰ πάθη — c. 45 ἁπαλὴν ἔτι τὴν ψυχήν — c. 49 πλαστὰ τὰ τοῦ φιλεῖν πάθη — c. 52 ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ; aut quod particula γοῦν, qua L. frequentissime utitur, etiam decem locis Am. (c. 3, 5, 13, 14, 24, 39, 47 bis, 53, 54) occurrit; aut quod usitatus ille apud L. ordo verborum[5]), cum pronomine οὗτος vel ἐκεῖνος, quod cum adj. vel alio attributo iunctum est, ad subst. accedente articulum primo loco positum attributum sequitur, deinde οὗτος vel ἐκεῖνος ponitur, extremo loco subst. collocatur, etiam compluribus locis Am. servatur: c. 2 τὴν ἄπαυστον ταύτην ὀργήν — c. 3 τῆς ἐπιπλάστου καὶ δυσχεροῦς ταύτης ὑποκρίσεως — c. 35 τῆς φιλοκάλου ταύτης ἀρετῆς — c. 37 τῆς ἐφημέρου ταύτης ὕβρεως — c. 43 τὴν Μενάνδρειον ἐκείνην φωνήν — c. 48 τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο τῆς ἀρετῆς δικαστήριον — c. 53 τὸ βραχὺ τοῦτο δωμάτιον. Quamquam omittendum non est quattuor locis auctorem Am. sibi non constare et ab illa lege recedere: c. 32 τὸ περικείμενον χάος ἐκεῖνο — c. 43 βίος ὁ δυστυχὴς οὗτος — c. 50 Θηραμένης ἐκεῖνος ὁ κόθορνος — c. 53 αὐτὸν τὸν νεὼν ἐκεῖνον. Sed haud pauca in sententiis conformandis apud auctorem Am. occurrunt, quae vereor ne apud L. frusta quaeras. Quo referenda videntur praeter ea, quae supra passim commemorata sunt, c. 1 ἑταῖρέ μοι — c. 4 εἰς ἕτερον τοῦ πάθους — c. 9 καλῶς ἔχον ἐστίν — c. 3 ὑπὸ τοῦ κλειδοφύλακος ἐμπεπιστευμένου γυναίου — c. 46 ἐντολὰς ἐπιτιθέναι — c. 48 πεσόντος εἰδώλου — c. 53 πεῖραν ἐπάγειν. Latius quoque quam apud L. in Am. ille usus adiectivorum patere videtur, ut neutr. sing. vel. plur. adj. pro adv. ponatur, qua re praecipue color quidam poëticus orationi inducitur[6]). Cuius rei haec affero exempla: c. 13 ἐμμανὲς καὶ παράφορον ἀναβοήσας — ὑπερήφανον μειδιῶσα — c. 18 λιγυρὸν ὑπηχοῦσι — c. 20 ἡρωικὰ φρονῶν — c. 22 ἀέρια ῥοιζοῦντες — c. 26 τὸ καλὸν ἀνθοῦσιν — c. 29 δεινὸν καὶ θηριῶδες ὑποβλέπων — c. 37 ἤπια ἐμπνεῖ. — Latissime porro patet in Am. usus adj. pro genet. subst.; praeter cetera ita occurrunt adj. ἄρρην, γυναικεῖος, ἐρωτικός, θῆλυς, παιδικός. Iungitur ἄρρην cum πάθος c. 1, ἔρως c. 5, 31, 33, ὁμιλία c. 22,

---

[1]) Transitive hic ponitur quemadmodum nusquam; ubicunque exstat, intransitivum est. [2]) Simpl. κυρτόω tantum Asin. 10 et Ver. Hist. 1, 37 var. lect. legitur. [3]) ἐπαινέω tamen saepe apud L. invenitur. [4]) Sommerbrodt, Ausgew. Schriften I p. 4, adn. ad Somn. 2; Bieler de parasito p. 19. [5]) Schwidop, Observat. Luc. spec. I p. 23 "sedes pronominis οὗτος apud L. stabilis est." [6]) De ea re vid. Du Mesnil p. 49, Schmid I p. 234.

τέρψις c. 27, τρυφή c. 28 bis, ἐπιθυμίαι c. 36, ἀγωγή c. 44; γυναικεῖος cum σύνοδοι c. 27 et 35 et πόθοι c. 37; ἐρωτικός cum παιδιά c. 1, ἵμεροι c. 3, διαφορά c. 5, ζεῦγος c. 11, μέμψεις c. 15, περιπλοκαί c. 16, λόγοι c. 19, φιλία c. 47; θῆλυς cum πόθος c. 1, Ἀφροδίτη c. 5, θέα c. 11, τέρψις c. 27, ἀπόλαυσις c. 27, κακά c. 44; παιδικός cum ἔρωτες c. 9, 35, 51, μέρη c. 14, ἀκοαί c. 23, χρῆσις c. 25 — Adjectiva quoque a nominibus propriis derivata ita usurpantur: Ἱππολύτειον ἀγροικίαν c. 21, Ἡλιάδος Ῥόδου c. 7, Καλλιμάχειον κήρυγμα c. 49, Ταντάλειους δίκας c. 53. — Eodem pertinent ἀνδρογύνους ἔρωτας c. 27, ἑορταστικὴν ἡμέραν c. 1, ἐμπορικὰς ἄλας c. 3, στρατιώτην βίον c. 3, δρικῷ ζεύγει c. 6, ἡρωικοὺς μύθους c. 8, κομμωτικῆς ἀσκήσεως c. 9, πολιτικὸς ὄχλος c. 12, δημιουργὸς τέχνη c. 13, ἑωθινῆς κοίτης c. 15, δημώδης λόγος c. 16, πελαγίου κύματος c. 16, τυραννικῆς βίας c. 20 et 46, φιλόσοφος ψυχή c. 33, ἐπινήλον κάρον c. 39, ἐπομίαις πέρναις c. 44, φιλοσόφοις μαθήμασιν c. 45, quibus in exemplis auctor Am. adiectiva pro genetivis subst. poëtarum more posuit. — Adiectiva quoque cum substantivis notionis sola mente percipiendae iuncta inveniuntur, quae propie ad res sensui subiectas adiunguntur, velut αἰθέρια μῆκη c. 12 vel ἀγκάλισμα χειρόπληθες c. 14, cuius generis permulta in Am. exstant; ea autem species quaedam tropi metonymiae sive immutationis est, de qua infra paucis agendum est. Satis est hoc loco monuisse genuinos libros L. multo rarius quam Am. talia habere.

Ad ornatum vero orationis, qui continetur maxime tropis et figuris, libros L. diligentius perlustratos esse vellem, quam adhuc factum est. Quae in hoc genere Schmid[1]) et Chabert[2]) investigaverunt et congesserunt, ut dicendi genus L. illustrarent, multum abest ut iis ansae dentur satis multae et idoneae ad diiudicandum, utrum liber quisque a L. scriptus sit necne, praesertim cum vv. dd. scripta invenilia a libris cum viri tum senis L. parum segregaverint. Plura in hoc genere commentatio Oskari Schmidti de translationibus et similitudinibus L. diligentissime et subtilissime nuper scripta suppeditat; qui tamen cum Am. non esse L. persuasum habeat, hunc libellum seorsum tractare omisit.

I. De translationibus et similitudinibus.

L. libros huius tropi exemplis abundare nemo ignorat: Am. quoque permulta habere dudum observatum est. Sed cum L. translationes et imagines utique cum natura rei tractatae convenire videantur, nihil habeant operosius, nihil quod fucatum aut curiosum sit, neque umquam importune vel moleste animo legentis obtrudantur, vereor ne is, qui Am. scripsit, non solum propter imagines nonnullis locis nimis coacervatas, sed etiam magis propterea, quod orationem fuco quodam falso vano longeque repetito oneravit, taedio legentium animos afficiat. Habent sane Am. translationes permultas et magnam partem quaesitas, obscuras, perplexas, ineptas, quales ne in libris quidem a L. adulescente compositis inveniuntur. Quod ut facilius intellegatur, quia omnes translationes Am. huc conferre atque percensere longissimum est, ex primis libelli capitibus eas deligo, in quibus vitia illa praeter ceteras apparent: c. 1 ἐρωτικῆς παιδιᾶς πεπλήρωκας ἡμῶν τὰ κεκμηκότα . . . ὦτα — καί μοι σφόδρα διψῶντι τοιαύτης ἀνέσεως — ἔρωτες, οἷς πλατὺς εὐρέθης σκοπός — τῶν λόγων τὰς θυσίας — c. 2 ὑγρὸς τοῖς ὄμμασιν ἐνοικεῖ μέσῳ — ἀγροικίαν ὀφρυωμένος — c. 3 τῷ βίῳ ἡ τύχη προσεκλήρωσέ σε — τὸν πολὺν ἐκχέας λῆρον — γλυκὺς ὁδοὺς ὁ τοῦ πόθου δάκνει — τῶν ὀμμάτων αἱ βολαὶ ταχέως ἀνυγραίνοντο — c. 5 τὰ τῶν λόγων ἴχνη ταῖς ἀκοαῖς ἐνεσφράγισται — τὰ πάλαι κλέα τῆς ἐρωτικῆς διαφορᾶς μελῳδίᾳ πέραινε. — Ne quis vero

[1]) I p. 404 sequ. [2]) p. 206—24.

opinetur consulto auctorem libelli perverso illo genere translationum certis locis usum esse, ut oratione ad mores ingeniaque disputantium accommodata imitationem quandam morum singulorum efficeret, quam ἠθοποιίαν dicunt, aequabiliter illa farrago diffusa est cum per Lycini ipsius narrationem tum per amicorum disputationes: idem scribendi genus tumidum atque inflatum in omnibus partibus libelli deprehendis. Quod ut comprobem, ex singulis orationibus singulorum capitum translationes perscribo. Atque ex Lycini ipsius narratione translationes, quae c. 12[1]) inveniuntur, excerpo: ἃ (φυτὰ) κόμαις εὐθαλέσι βρύοντα τὸν πέριξ ἀέρα συνωρόφουν — δένδρων ὅσα κάλλους μετείληχε — τούτοις ἀνεμέμικτο τὰ ἄγονα — οὐδ' αὐτὰ γέροντος χρόνου πολιὰ καθαίνειν — τὴν συμμορφίαν ἔχοντα καρπόν — παντὶ δένδρῳ ὁ φίλερως προσείρπυζε κιττός — αὐτόμολος Ἀφροδίτης λάφνη; deinde ex oratione Charicli c. 19: κἂν βραχὺ τῆς πειθοῦς ἐπιστάξῃς — σὺ (Ἀφροδίτη) αὐτῶν (τῶν λόγων) γνησιωτάτη μήτηρ — τὴν προμήτορα καὶ πάσης γενέσεως πρωτόρριζον — τῷ θνήσκοντι τὸ τικτόμενον ἀντεμέτρησεν πόθον ἐγκερασαμένη — συνέζευξεν ἀλλήλοις — θεσμὸν ἀνάγκης ὅσιον[2]) καταγράψασα; tum ex oratione Callicratidae c. 37: συμφορήσας διηγήματα — γυμνῷ τῷ λόγῳ τῆς σεμνότητος ἡμῶν καταπόμπευε — μηδὲ τὸν οὐράνιον Ἔρωτα τῷ νηπίῳ συναρίθμει — Ἔρως οὐ κατὰ μίαν ὁδὸν φοιτῶν . . . ἀθροίζεται — ἑνὶ πνεύματι τὰς . . . ψυχὰς ἐρεθίζων — τὴν διάνοιαν ἡνιοχεῖν δυναμένου λογισμοῦ — οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἐφημέρου ταύτης ὕβρεως ἑταῖρος ἀκρίτῳ φορᾷ . . . ἄγων — Ὠγυγίων πατὴρ χρόνων — σωφρονούντων ταμίας παθῶν ἤπια ταῖς ἑκάστου διανοίαις ἐμπνεῖ — λαχόντες ἵλεω τοῦδε τοῦ δαίμονος ἡδονὴν ἀρετῇ μεμιγμένην ἀσπαζόμεθα; denique ex oratione Theomnesti ex c. 53: ἵνα τοῖς ἀπὸ σοῦ δικαίως κριθεῖσιν ἐναντίαν φέρω ψῆφον — γέλως πανηγυρίζειν δοκεῖ — κατωφρυωμένους λόγους — Ταντάλειους δίκας — τοῦ κάλλους προσκλύζοντος — ἡδονῆς κλίμακα συμπηξάμενος — ἔχει βαθμὸν ὄψεως — τὰ τῆς ἀπολαύσεως διαθεῖ — ὑπονοίας ἴχνος — λιπαρεστέροις ἀσπάσμασιν ἐντέτηκεν — πρωτόχνουν ἄνθος ἥβης — θερμοτέρου πράγματος ἅπτεται — ἡδονὴν συνάπτουσι — ὑγρῶς δῦσα — ἀπὸ μηρῶν προοιμιασάμενος.

Quod ad locos, unde translationes et similitudines sumptae sunt, attinet, in universum in Am. inde petuntur, unde L. sumit. Tamen O. Schmidt observavit ex aliis locis rarius, ex aliis frequentius L. translationes et similia petere. Quo in genere Am. certis quibusdam rebus a L. discrepant. Cum enim L. raro translationibus utatur, quae aut a corpore humano et a statu functionibusque corporis aut a rebus civilibus, reipublicae administratione, iudiciis, rebus sacris petuntur, is numerus in Am. prae ceteris permagnus est, ut auctori libelli tales admodum placuisse videantur; contra L. permulta similia ab arte gymnastica certaminibusque, a re navali, maxime a periculis navigandi, a theatris et re scenica, ab artibus sculpendi et pingendi petivit, cum auctor Am. eos locos neglexerit et imprimis cum rem navalem tum sculpturam et picturam ad modum raro ad orationem translationibus ornandam adhibuerit. Numeros translationum et similitudinum perscribere supersedeo. — Denique L. persaepe translationes et similitudines ita instituit, ut eae non singulis aut paucis verbis contineantur, sed scriptor per longiorem ambitum verborum multa cum varietate eas persequatur, ita ut nonnumquam in formam inversionis sive allegoriae transeant. Cuius generis similitudines praeter ceteros libros Hermotimus permultas habet, quae pro documentis luculentissimis esse possunt, velut viam ad summum bonum ducentem (c. 3), pericula navigandi (c. 28), actionem litis philosophorum contemptorum (c. 31), gladiatorem, qui inani armorum tractandorum meditatione adversarium

[1]) Usitatas et dudum in sermonem graecum receptas omitto. [2]) Cobet var. lect. p. 118 conj. θεῖον.

superasse sibi videatur (c. 33), paria athletarum in certaminibus sorte constituta (c. 40—44), alia multa. Tales similitudines uberius tractatas in Am. repperi nullas.

II. De metonymiis sive immutationibus.

Nescio an nulla re cum genus dicendi poëticum tum sophistica ostentatio Am. magis contineatur, quam immodico usu immutationum, qua ab immoderatione L., qua erat iudicii sanitate et elegantia, utique abhorruit et se revocavit; quibus immutationibus iustum modum excedentibus intolerabiles illi tumores maxime efficiuntur, quibus praeter rerum obscenitatem animi legentium offenduntur. Institutae autem sunt illae immutationes partim ita, ut res sensui subiectae vel personae aut rebus eiusdem generis aut personis ita immutentur, ut de rebus illis dicatur, quod proprie de personis valeat. Ex eo numero sunt: c. 1 *ἐσθῆς τὴν τρυφὴν καθειμένη* — c. 4 *ἡ σὴ Μοῦσα τῆς συνήθους μεθαρμοσαμένη σπουδῆς ἱλαρῷ τῷ θεῷ συνδημερευσάτω* — c. 16 *τὴν θεὸν αὐτὴν εὐβολήσειν — ὁ καινὸς Ἀγχίσης* — c. 17 *νὺξ μία τῶν Διὸς σκήπτρων ἐτιμᾶτο* — c. 27 *φιλίας μεστὴν τράπεζαν.* — c. 39 *ὕδατος ἀκράτῳ νάματι* — c. 32 *χεῖρες παίζουσι* — c. 42 *πολυτελὴς τράπεζα — τοῦ φάρυγγος παραδέχεσθαι δυναμένου — θηλύτητος εὐνὴν γέμουσαν* — c. 45 *λιπαραὶ παλαῖστραι — τράπεζα ἐπινήφουσα — δι' εὐστόχου δεξιᾶς* — c. 47 *Φωκὶς συνῆψε* — c. 49 *φιλοσόφων παισί.* Nequaquam omnia exempla congessi, existimo enim ex allatis satis apparere, quale sit illud genus metonymiae in Am. tritae, quod apud L. rarius invenitur. — Alterum est genus metonymiae, quo neutr. sing. adj. nonnumquam cum gen. subst. iunctum pro subst. usurpatur, ut qualitas alicuius rei praecipue praedicetur. Inveniuntur talia quidem apud L., multo tamen ea rarius quam in Am.; in Hermotimo exemplum nullum repperi. Talia sunt in Am: c. 3 *τῶν ἱμέρων τὸ βασανίζον εὐφραίνει — τὸ συνεχὲς τοῦ πλοῦ διαναπαῦσαι* — c. 8 *τῷ τέρποντι τῆς ὄψεως* — c. 11 *τὸ τῆς Πραξιτέλους εὐχειρίας ἐπαφρόδιτον* — c. 12 *τὸ παρ' ἀμφοῖν ἡδὺ σύγκρατον*[1]) — c. 23 *τὸ τοῦ σώματος εὔμορφον* — c. 28 *τὸ γενναῖον ἀνδρῶν* — c. 38 *τὸ τῆς φύσεως ἀπρεπές* — c. 53 *σφριγώσης γαστρὸς ἀμφιλαφές.* Semel neutr. plur. c. 25 *τὰ παρέλκοντα* inveni. — Latissime porro per totum libellum auctor Am. illa immutatione abutitur, qua pro rebus sensui subiectis qualitates vel effectus similiave, denique res sensui non subiectae ponuntur. Schmid[2]) observavit apud Philostratum tales immutationes saepius inveniri, L. autem libros id genus immutationum non habere nisi quibus locis sophistarum dicendi genus illudat vel consulto imitetur. Cum exemplorum in Am. numerus maximus sit nec fieri possit, ut omnia exempla perscribantur, singula quaedam afferre satis habeo, quibus hanc stili proprietatem illustrem: c. 1 *ποθοῦσιν οἱ φιλότιμοι πόνοι ἀνίεσθαι* — c. 12 *κυπαρίττων αἰθέρια μήκη* — c. 13 *ἡ δημιουργὸς τέχνη ἴσχυσε* — c. 14 *ὅση τῶν μεταφρένων εὐρυθμία* — c. 16 *διεπέττευε τὴν ἐλπίδα* — c. 19 *ἰδίας καταβολὰς σπερμάτων χαρισαμένη — ὀνομάτων τιμαὶ μένουσι* — c. 34 *φηγῶν ἢ δρυῶν κοιλώματα — λίθων πολυτέλειαν — τοίχων ἀμορφίαν εὐανθέσι βαφαῖς χρωμάτων κατέγραψαν* — c. 38 *ὡραϊσμένην ἐπικτήτοις σοφίσμασιν* — c. 41 *εὐμορφίας ἐξαπατῶντι κάλλει* — c. 54 *σεμνῶν ὀνομάτων κομψεύμασι.* — Quo cum genere immutationum genus quoddam prosopopoeiae in Am. usitatae arte cohaeret, quae quidem tum exsistit, cum talibus cum rebus sensui non subiectis verba iunguntur dicendi vel sentiendi vel agendi vel patiendi vim habentia, ita ut illae res tamquam personae dicere, sentire, agere, pati praedicentur. Ut omnino figurae prosopopoeiae pauca exempla apud L. inveniuntur[3]), ita huius quoque abusivae singularia; in Hermot. interdum *λόγος* cum verbis agendi vel dicendi coniungitur, praeterea unum exemplum occurrit c. 82 (*φιλοσοφία καὶ αἰδὼς παιδαγωγεῖ αὐτόν*). Ex Am. priore parte usus illius frequentis haec exempla affero: c. 4 *ἡ κρίσις πεπίστευκέ σοι ψῆφον* — c. 5 *ἡ διήγησις ἐπαγγέλλεται καὶ σπουδαῖον* — c. 14 *θάμβος ἡμᾶς εἶχε* — c. 15 *ἐπεὶ ὁ κόρος ἡμᾶς ἀπήλλαξε — ἤλεγχε δ' αὐτοῦ τὴν ἀμορφίαν ἡ τῆς λίθου λαμπρότης* — c. 15 *ἡ πρᾶξις ἀνώνυμον αὐτὸν ἐσίγησεν* — c. 19 *αἱ δεήσεις σε καλοῦσιν — οἱ ἐρωτικοὶ λόγοι σοῦ δέονται* — c. 19 *ἡ φύσις ἐζῳογόνησεν — αἱ ὁμιλίαι φυλάττουσιν* — c. 20 *ὁ βίος ἐπειθάρχει — ὁ χρόνος καταβαίνων ἔτεμνεν — ἡ τρυφὴ παρενόμησε* — c. 21 *ἡ τόλμα προέκοψεν, ὡς . . . ἱεροσυλῆσαι — τὸ ἄνθος εἰς γῆρας αὐτοὺς μαραίνει — ἡ τρυφὴ ἐπινοοῦσα κατώλισθεν* — c. 22 *ἡ πρόνοια ἔταξεν ἡμᾶς* — c. 23 *ὁ λόγος ἀναφύεται, ἐφ' οὗ παιδικαὶ ἀκοαὶ φενακίζονται — πολιὰ καὶ γῆρας μαρτυρεῖ — τῶν λογισμῶν κρίσιν ἐχόντων* — c. 24 *ἀρεταῖς, αἳ τάξιν εἰλήχασι — κάλλος ἐγείρει — ἔρως ἐντρέχει.* Sed metuo ne longus sim, si plura exempla enumerare velim; satis habeo affirmare praeter illa undetriginta exempla me collegisse.

III. De ceteris tropis.

De proverbiis atque locutionibus vulgaribus proverbiorum similibus, quae apud L. frequentia sunt, nihil repperi, quo Am. a L. differre videantur. Talia inveniuntur in Am. exempla sex, quae inserto verbo *φασίν* vel *ὥς φασιν* inducuntur (c. 2, 4, 16, 20, 26, 27). Ad ea accedunt sedecim loci ex poëtis, imprimis ex Homero et Euripide, citati (c. 5, 6, 23 bis, 25, 31, 37 bis, 38, 47, 48 bis, 49, 53 bis, 54): talibus autem locis ex poëtis allatis etiam scripta L. abundare dudum observatum est. — Illusionis sive ironiae Am. pauca exempla exhibent (c. 3 *ἀλλά σοι καὶ καθαρσίων τάχα δεήσει πρὸς τὸ δυσχερὲς οὕτω νόσημα* — c. 24 *ἐρᾶν ἔδει Φαῖδρον διὰ Λυσίαν — ἀρετὴν φιλεῖν Ἀλκιβιάδου εἰκός ἦν* — c. 36 *ὀλίγου μετενόει γενόμενος Ἕλλην*), quo tropo L. persaepe utitur, ut hac quoque re auctoris Am. stilus a L. abhorrere videatur. — Antonomasiae sex in Am. exempla exstant: pro Callicratida ter *ὁ Ἀθηναῖος* dicitur (c. 14, 19, 52), praeterea c. 31 *ὁ ἱερὸς ἀνήρ* pro Platone, c. 16 *ὁ καινὸς Ἀγχίσης* pro adulescente illo, de quo c. 16 agitur. Quo in genere a L. usu dicendi Am. non recedunt. — *Λιτότης*, tropus apud L. usitatissimus, decem locis invenitur (c. 1 *οὐκ ἀγνοεῖς* — c. 9 *οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖν μοι δοκεῖς — νεανίαν οὐκ ἄμορφον* — c. 11 *οὐκ ἀγελαστί* — c. 15 *οὐκ ἀσήμου γένους* — c. 31 *οὐ προδώσομεν* — c. 35 *μηδὲν ἐῶντος ἀνίχνευτον* — c. 53 *χειρῶν οὐδεμίαν παρίησιν ἀργήν* — c. 54 *οὐκ ἀπλήξ — οὐκ ἀτερπὴς ἡ θέα*), ut nec in hac re Am. a L. dissidere videantur neque in Hyperbolis, quorum numerus idem fere in Am. occurrit (c. 5 *τὴν θ. Ἀ. βάραθρον ἡγούμενος* — c. 6 *κατ' οὐδὲν βέλους ἐλάττονι ῥοίζῳ* — c. 14 *ὀλίγου δεῖν ἐπεπήγει* — c. 16 *τοῖχος ἅπας ἐχαράσσετο καὶ πᾶς φλοιὸς ἐκήρυσσεν* — c. 26 *τὸ σῶμα ἤλεκτρον ἢ ὕελον διαφεγγέστερον ἀπαστράπτει μηδ' ἀκαρῆ τριχὸς ὑποφυομένης* — c. 28 *πᾶσα ἡ γυναικωνῖτις ἔστω Φιλαινίς* — c. 41 *πολυτάλαντον βοῦθος — πάντα τὰ ἐντὸς αὐτῆς γνωριμώτερα τοῦ προσώπου* — c. 40 *ὅλην Ἀραβίαν ἀποπνέουσαι,* praeterea initium c. 2 et c. 30 totum fere una hyperbole est); nam etiam L. hyperbolis gaudere constat[1]), quamquam alii libri plures, alii pauciores exhibent. Hermotimus paucas habet.

IV. De figuris verborum.

Anaphorae sive repetitionis, cuius figurae in L. libris Schmid[2]) sexaginta exempla se repperisse dicit, in Am. exemplum nullum exstat, paronomasiae sive annominationis, figurae

[1]) Cobet var. lect. *συγκραθέν* scribere mavult. [2]) I p. 170; cf. p. 414. Chabert hunc locum reliquit. [3]) Chabert p. 210: "la prosopopée, dont les exemples, il est vrai, sont singuliers"; Schmid I p. 422.

[1]) Schmid I p. 415. [2]) I p. 417; Chabert p. 207.

apud L. rarae[1]), exempla viginti duo, in quibus ea longe frequentissima sunt, quibus eiusdem voc. variis formis aut voc. eiusdem stirpis inter se collatis ea fig. efficitur. — Oxymoron, quae fig. apud L. admodum rara est[2]), in Am. uno loco inveni (c. 49 *εἰς ἀμείνονα βίον ἀποθανόντες*), nisi forte illud quoque oxymoron esse vis, quod c. 53 legitur: *σπουδὴν ἱλαράν*. De usu igitur anaphorae et paronomasiae L. et Am. discrepant, conveniunt de oxymoro. — Antithetis ea tantum scripta L., quae rhetorum scholas redolent[3]), iuvenilia dico, abundant, in dialogis librisque a viro vel sene compositis raro apparent. In Am. vero antithetorum numerus admodum magnus est, enumeravi exempla 77, in quibus 14 eius generis, quo Dionem Chrysostomum saepissime usum esse Schmid[4]) docuit, ut cum colo negativo colon affirmans componeret. Cetera ita comparata sunt, ut aut alterum enuntiatum alteri opponatur, cuius generis 39 exempla collegi, aut in eodem enuntiato verba verbis obiciantur, quae exempla numero 24 sunt[5]). Amores igitur cum ab adulescente certe L. minime compositi sint, etiam ab hac antithetorum abundantia argumentum repetendum esse videtur, quo demonstretur omnino a L. dialogum compositum non esse. — Cum in asyndetis tum in polysyndetis stilus auctoris Am. a L. valde recedit. Cum enim asyndetorum duo genera sint, quorum alterum in eo consistit, ut eiusdem enuntiati singulae partes inter se non coniungantur, alterum in eo, ut alterum enuntiatum nulla particula copulante alterum excipiat, illius generis plura, huius pauciora eaque rara exempla apud L. exstant[6]). At in Am. illius generis unum exemplum idque alias valde usitatum inveni (c. 19 *γῆν ἀέρα πῦρ ὕδωρ*), huius duodecim exempla (c. 9 *δοκεῖ ταῦτα* — c. 12 *ἀμφιλαφεῖς ἄμπελοι κατήρτυντο*[7]) — c. 14 *ἐνθεαστικῶς . . . βοῶντος* — c. 22 *λέοντες — ταῦρος* — c. 28 *ἀλλήλοις* — c. 33 *αὐτίκα — εἶτα* — c. 36 *οὐκ ἐρῶσιν* — c. 38 *ἄχρι τέκνων* — c. 46 *ἐχθρός* — c. 47 *ἀμφότεροι — ἐπ' ἀμφοῖν — τὰς Μοίρας — κοινομένῳ*): praeterea duo exempla (c. 37 *οὗτός ἐστιν ὁ ἑταῖρος* et c. 52 *εἴκασεν ἄν τις αὐτὸν . . . καταπεναυμαχηκέναι*), quae eadem epiphonemata videntur esse. Polysyndeta vero in Am. exstant, quantum scio, nulla, cum ea figura apud L. frequentissima sit; exempli causa Hermot. permulta babet. Cui rei ad originem libelli Am. diiudicandam multum tribuerim. — Ad hyperbata venio. Collocationem verborum in libris L. plerumque simplicem, nativam, minime quaesitam esse et Schmid[8]) observavit et Chabert[9]) pluribus verbis explicavit; unde fieri, ut lectio L. prae multis antiquorum scriptorum atticorum, velut Thucydidis vel Platonis, nostrae aetatis hominibus et facillima et iucundissima sit. Hyperbata rara sunt et inversionibus praepositionum vel eo contineri solent, quod genetivi interdum nomina, ex quibus pendent, antecedunt. Illius generis in Am. duo exempla exstant (c. 15 *πάθος οὐδὲ τούτων ἔστιν ἔξω* — c. 41 *τῆς σαρκὸς ἐνδοτέρω*), huius 33 enumeravi, ut ea re L. numerus valde superetur. Saepissime autem fit, ut verba iungenda aliis verbis interpositis alterum ab altero seiungantur, qua re scriptor, praesertim si iusto artificiosius verba collocavit, obscuritati obnoxius est. Tales autem obscuritates atque ambiguitates in Am. inesse haud paucas supra monuimus. Talium collocationum verborum nimia arte factarum et tamquam calamistris inustarum, ne veritatem egredi videar,

[1]) Schmid I p. 417. [2]) Schmid I p. 418. [3]) Schmid l. l. [4]) I p. 172, 418. [5]) Plurima exempla in c. 19 et 27 exstant. [6]) Schmid I p. 420. Chabert p. 215: "l'asyndète, assez fréquente dans les membres des phrases et surtout dans les énumérations, est rare entre les phrases". [7]) de *κατήρτυντο* v. supra p. 13 adn. 2. [8]) I p. 419. [9]) p. 212 sequ.: "Lucien, pour les modernes, et l'un des auteurs grecs les plus faciles à lire dans le texte, plus agréable en cela que les vrais Attiques, dont la sobriété . . . confine à subtilité toujours et à l'obscurité souvent."

haec pauca exempla e multis affero: c. 7 *οὐδὲν ἐν αὐταῖς σαφὲς εὐδαιμονίας ὁρᾶται λείψανον* — c. 15 *πιθανῇ τἀληθὲς εἰκασίᾳ τοπάζων* — c. 17 *ὥσθ' ὅλην τοῦ πάθους ἐξουσίαν ἔχειν κορεσθῆναι* — c. 26 *καὶ δαψιλεῖς μὲν ἀπὸ τῶν τῆς κεφαλῆς βοστρύχων ἕλικες ὑακίνθοις τὸ καλὸν ἀνθοῦσιν ὅμοια πορφύροντες οἱ μὲν ἐπινώτιοι κέχυνται, οἱ δέ . .* — c. 38 *ἀνάγκη βαρὺν κατ' αὐχένων ζυγὸν ἡμῖν ἐπιθεῖσα* — c. 50 *τὸ μάλιστα παραστὰν εἶναί μοι δίκαιον*. Longe vero usitatissimus is verborum ordo est, ut extrema parte coli verbum ita nominibus interponatur, ut attributum, sive adj. sive gen. nominis est, verbo a subst. ad illud pertinente seiungatur[1]). Qua figura tam frequenter auctor Am. utitur, ut nulla re magis dicendi proprietatem contineri existimem. Ex duobus capitibus exempla perscribere satis erit: c. 1 *εὔκαιρος ἡ τῶν λόγων ἐρρύη χάρις — πλατὺς εὑρέθης σκοπός — πρὸς αὐτῆς ἀντιβολοῦμεν Ἀφροδίτης — ἄρρην ἐφεῖται πόθος — ἑορταστικὴν ἄγομεν ἡμέραν* — et c. 27 *τὴν ὀφειλομένην ἀπομετροῦμεν ἀπόλαυσιν — τὸν Θάσιον πίνοντες οἶνον — τῶν πολυτελῶν πιμπλάμενοι σιτίων — ὅλην παρά του λαμβάνοντες ἡδονήν*. — Chiasmi unum per omnia L. scripta exemplum sibi occurrisse idque in libro spurio, Charidemo, Schmid[2]) affirmat. Quamquam[3]) plura inveniuntur, tamen eam figuram apud L. raram esse certum est. In Am. autem non minus duodecim chiasmos repperi: c. 20 *τυραννικῶς βιασάμενος ἢ πείσας πανούργως* — c. 21 *οὔτ' εἰς ὃ γεγένηνται φυλαχθέντες οὔτ' ἔχοντες, ἐφ' ὃ μετέβησαν — ἅμα ἐν παισὶν ἀριθμοῦνται καὶ γεγηράκασιν οὐδὲν ἀνδρῶν μεταίχμιον ἔχοντες — πᾶσαν ἀμορφίαν πονηρίας εἶναι κατάκριτον, εὐθὺ δὲ ὡς ἀγαθὸν ἐπαινεῖσθαι τὸν καλόν* — c. 27 *ἡδίω τά τε ἀγαθὰ . . . ἡγούμεθα καὶ τὰ δυσχερῆ κουφότερα* — c. 22 *φεύγοντας, ἃ διώκειν ἔδει, καὶ διώκοντας, ἀφ' ὧν ἔδει φεύγειν* — c. 28 *εἰς τρυφὴν βιάζεσθαι γυναῖκα ἢ τὸ γενναῖον ἀνδρῶν θηλύνεσθαι* — c. 32 *ἐγκεράσας ὁμόνοιαν τὰ πάθη συνῆψας* — c. 34 *ὕφηναν . . . χλανίδας, οἴκους δὲ ᾠκίσαντο* — c. 36 *ἐξὸν ἀρύσασθαι διψῆν ὑπομένων* — c. 38 *τὸ καλὸν αἱρώμεθα, εἰκέτω δὲ τὸ χρειῶδες* — c. 46 *τὸν ἐν παλαίστραις Ἑρμῆν, Ἀπόλλωνα δὲ ἐν λύραις*. Patet etiam in hac re scribendi genus Am. a L. valde dissidere.

V. De figuris sententiarum.

Locum de figuris sententiarum paucis absolvere licet, nam in hoc genere auctor Am. a L. vix dissentit. Ut enim interrogationibus, quas dicunt rhetoricas, et exclamationibus L. frequenter utitur, ita in Am. illarum 43 exempla, harum 7 exstant; quibus in exclamationibus eaedem formulae atque a L. adhibentur (*νὴ Δία, πρὸς θεῶν*). Apostropha quidem L. rarius uti videtur, Schmid[4]) enim pauca exempla attulit, et in Hermot. unum (c. 6 *Ἡράκλεις*) inveni, cum auctor Am. decem habeat (c. 19 *σέ, Ἀφροδίτη* — c. 14 *Ἡράκλεις* — c. 22 *ὑμεῖς δ', ὦ ἄνθρωποι* — c. 23 *ὦ σεμνοὶ φιλόσοφοι* — c. 24 *ὦ Πλάτων* — c. 28 *ὦ νεώτερε χρόνε . . καὶ νομοθέτα* — c. 30 *σὺ δὲ ἵλεως, ὦ Ἀφροδίτη* — c. 32 *σύ, δαῖμον οὐράνιε* — c. 46 *δαίμονες οὐράνιοι* — c. 49 *ὦ νεανίαι* — omnes adulescentes intellegit —) praeterea totum cap. 32 una fere apostrophe est. Neque tamen ei rei multum tribuerim. Ut illae figurae apud utrumque frequentes, ita et *παράλειψις*[5]) et *ὑποφορά* utrimque raro occurrunt: illius in Am. tria (c. 41 *τί δεῖ διεξιέναι* — c. 16 *τί διηγοῦμαι*[6]) — c. 53 *τί τἄρρητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ;*[7]), huius duo exempla inveni. De prosopopoeia et de locis ex poëtis citatis supra dixi. Extremo dissertationis loco agendum est

[1]) Idem observavit Schmid, Philologus 50 p. 302. [2]) I p. 419. [3]) Ex Hermot. certe tria notavi: c. 18 *ἀπαιτοῦντας πικρῶς καὶ φιλονείκως ἐρίζοντας — εὐσταλὴς ἡ ἀναβολὴ καὶ ὁ πώγων βαθύς* — c. 29 *πᾶσι πιστεύειν χρὴ . . . ἢ ἀπιστεῖν ὁμοίως*. [4]) I p. 420; Chabert p. 210. [5]) Schmid I p. 421. [6]) Cobet var. lect. conj. *διηγῶμαι* scribere mavult. [7]) Versus Euripidis citatur; cf. Cob. v. lect.